This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

600107787-

LIBER CONFRATERNITATIS

B. MARIE DE ANIMA

TEUTONICORUM DE URBE

QUEM

RERUM GERMANICARUM CULTORIBUS

OFFERUNT

SACERDOTES AEDIS TEUTONICAE

B. M. DE ANIMA URBIS

IN ANNI SACRI EXEUNTIS MEMORIAM

ROMAE

EX TYPOGRAPHIA POLYGLOTTA

S. C. DE PROPAGANDA FIDE

MDCCCLXXV.

PROOEMIUM

« Hic liber Confraternitatis clarissimorum virorum nomina continens tamquam fons rerum Germanicarum dignus est, qui talis qualis est typis edatur ». Quae verba, ut in transcribendo codice cum codicillo exordiar, Rm̃us D. *Sebastianus Brunnerus* ultima pagina huius libri sua manu inscripsit XV. Kal. Mai. 1873 vota repetens cunctorum qui librum ipsum inspexere.

Nec deerant qui desiderio adeo iusto ut satisfieret adlaborarent; ast operis mole perterriti ab incepto destitere, si *Aloisium Flirum* excipias, qui ingenio aeque ac patientia superans omnes maximam partem codicis nostri sua manu transcripsit.

Quod quidem exemplar licet haud omnibus numeris sit absolutum, ita tamen me iuvit, ut praedecessori meo immatura morte abrepto maximas gratias agere debeam non secus ac Sacerdotibus quos laboris residui habui socios.

Literis Apostolicis Bonifacii PP. IX. quas exemplum primum (pag. 6.) refert, e limine fundationis profectis, recentissimas adieci (V–XII) a S. D. N. Pio PP. IX. in forma Brevis datas, quippe quae praeter historiam succinctam leges etiam iustissimas exhibent quibus adhuc regitur Hospitium B. M. de Anima. Ne vero idem bis agere videar, lectorem benevolum remittere debeo ad librum cui titulus est: *Geschichte des deutschen Nationalhospizes Anima in Rom von Anton Kerschbaumer* Wien 1868 W. Braumüller, in quo accuratam codicis nostri analysin inveniet pag. 59 seqq. Cf. etiam *Iter Romanum* von *Dr B. Dudík* Wien 1855 Manz tom. I. 72 seqq.

Apparatum vero biographicum qui desiderat, persuadeat sibi, eum nonnisi a viro in patriae meae Bibliothecis vitam agente congeri posse.

Restat, ut benefactoribus omnibus, quorum nomina liber hic refert, aeternam pacem adprecer. Utinam nomina eorum scripta sint in libro vitae!

Dabam Romae in Hospitio B. M. de Anima exeunte anno Sacro MDCCCLXXV.

CAROLUS JÆNIG
RECTOR ECCLESIAE B. M. DE ANIMA.

PIUS P. P. IX.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Praeclara instituta charitatis, quaeque potissimum in hac Urbe vigerent, omni studio promovere ac tueri Apostolici muneris esse reputarunt Christi vices gerentes in terris Romani Pontifices. Hoc porro factum esse constat de Hospitio Teutonico S. Mariae de Anima nuncupato, quod anno 1399 erectum est in Urbe tum liberalitate Joannis Petri Dortracensis ejusque uxoris dioecesis Trajectensis in Belgio; donatae quippe fuerunt ab ipsis conjugibus tres eorum domus in regione Parionis prope forum Agonale ad extruendum hospitium pro pauperibus Teutonicae nationis sive in Urbe morantibus, sive ad Urbem adventantibus, tum vero etiam largitate Theodorici de Nyem, Clerici Paderbornensis Apostolicarum Litterarum scriptoris, qui in eundem finem septem domos cum vinea donavit, sic ut alter salutaris hujusce operis auctor jure merito habeatur. Jamvero hujusmodi charitatis institutum ubi primum fundatum est, Apostolicis ipsum Litteris Bonifacius IX. Praecessor Noster commendavit probavitque; Innocentius vero VII. ab omni cujuscum-

que jurisdictione exemit, et sub peculiari Apostolicae Sedis tutela constituit. Neque minus luculenta paternae sollicitudinis argumenta erga idem Hospitium per consequentes ediderunt aetates Romani Pontifices, Praedecessores Nostri, Eugenius IV., Julius II., Leo X. imprimisque germanicae ejusdem nationis Hadrianus VI., qui variis illud donis ornavit. Porro cum ob praeteritorum temporum vices minime esset labefactatum salutare hujusmodi institutum, quin etiam auctis longe reditibus ad haec usque tempora consisteret, auditae quandoque sunt nonnullorum querelae, Belgarum primum, qui res Hospitii universas, vel magnam saltem partem sibi vindicabant, aliorum autem, qui aegre ferebant, administrationem Hospitii ab Austriacis tantum, et ab Italis potius quam a Germanis geri, nonnullorum denique, qui post tantam rerum germanicarum immutationem, ac tantopere imminuta hominum ad Urbem peregrinantium frequentia, immutandum censerent hospitii regimen, et praesenti temporum ac rerum conditioni accommodandum. Id ubi innotuit Carissimo in Christo Filio Nostro Francisco Josepho I. Austriae Imperatori, et Hungariae Regi Apostolico, qui juxta Antecessores suos pii ejusdem Hospitii patrocinium gerit, preces Nobis deferendas curavit, ut ad novam constituendam ipsius procurationem, ac disciplinam, et communibus votis satisfaciendum curas convertere dignaremur. Nos hujusmodi precibus adnuentes, ut res omnis rite tractaretur, et ad propositum finem componeretur, Apostolicam instituimus Vi-

sitationem cui primum praefecimus dilectum filium Nostrum Joannem S. E. R. Presbyterum Cardinalem Brunelli, eique ad Auximanae Ecclesiae gubernaculum admoto dilectum item filium Nostrum Carolum S. R. E. Presbyterum Cardinalem Reisach suffecimus. Itaque Apostolica Visitatio demandatum a Nobis munus aggrediens primum documenta omnia in Archivio Hospitii servata perlustravit, ut compertam haberet illius historiam, atque inde perspexit Apostolicas Litteras tum Bonifacii IX. tum Innocentii VII. Praedecessorum Nostrorum non de Imperio germanico, sed de natione loqui, adeoque postquam germanicum Imperium extinctum est, justum omninoduxit hospitio excipi pauperes catholicos quoscunque, qui nationis et linguae germanicae sunt, neque aliud hospitium in Urbe habeant sive genti, sive civitati suae proprium. Et quum confoederatio Germanica aliquo modo in Imperium successerit, aequum pariter visum est, ut illi etiam hospitio fruantur, qui natura quidem germani non sunt, civili tamen ratione germanis confoederatis adscripti existunt. Novit etiam Apostolica Visitatio jam inde ab Hospitii primordiis piam Confraternitatem ad saeculum usque decimum septimum extitisse, in quam Germani adsciscebantur, sive ad tempus Romam venissent, sive ibidem morarentur, ex qua pia sodalitate cum non exiguo animarum lucro B. Mariae Virginis cultus augebatur. Praeterea quum satis consulat Collegium Germanicum parandis doctrina ac pietate ad sacerdotium iuvenibus germanicae nationis,

visum est Apostolicae Visitationi optimum fore consilium excipiendi in hospitio juvenes, qui sacerdotio iam aucti theologicas in Urbe disciplinas melius ac perfectius addiscere, et sacrorum negotiorum usum apud Sanctam Sedem, religionis Magistram, cognoscere et assequi velint, unde fieret, ut in dioecesim quisque suam et Romanae Curiae methodum et disciplinam, germanumque sacrae doctrinae sensum transferrent; quod in maximam cederet religionis commoditatem. Hisce itaque perpensis memorata Visitatio Apostolica pro Hospitio Theutonico nova statuta condidit, quae sequentibus articulis comprehenduntur:

1. Il pio stabilimento di S. Maria dell'Anima della Nazione Teutonica, fondato sul fine del secolo XIV, e preso sotto la particolare tutela della S. Sede da Innocenzo VII. di s. m. ha per iscopo il culto divino nella Chiesa annessa allo stesso Stabilimento; l'ospitalità da prestarsi ai poveri pellegrini tedeschi; non che la sovvenzione con limosine e sussidi a' poveri di quella Nazione dimoranti in Roma.

2. Nell'Ospizio saranno ricevuti tutti i pellegrini cattolici poveri appartenenti alla Confederazione Germanica ed inoltre i Belgi ed Olandesi, che parlano il fiammingo o l'olandese come lingua propria; non che gli altri di origine tedesca, che parlano il tedesco, purchè questi ultimi non abbiano un'Istituto nazionale proprio in Roma. Il clero addetto alla Chiesa di S. Maria dell'Anima sarà scelto tra individui tedeschi, che appartengono agli Stati della Confederazione Germanica. Quanto ai Belgi ed Olandesi i quali anticamente aveano il diritto di essere ammessi in questo Clero, si darà loro un compenso con assegnar sulle rendite del pio stabilimento un sussidio annuo di scudi centoventi per un Belga, ed altrettanti per un Olandese

da prestarsi al Collegio ecclesiastico Belgico o ad altro stabilimento quantevolte vi siano gl'individui prescelti e mandati dai loro rispettivi Vescovi.

3. Lo stabilimento pio continuerà a star sotto la protezione dell'Imperatore d'Austria. La stessa Maestà Sua oltre le preeminenze ed onori che finora ha goduto, avrà il diritto di nominare alla S. Sede il Rettore di detto pio stabilimento.

4. Un Cardinale di S. R. C. sarà deputato da S. Santità in Protettore ecclesiastico del pio stabilimento. Egli sorveglierà l'amministrazione delle proprietà del medesimo, non che la direzione ed amministrazione della Chiesa e dell'Ospizio; e da esso dipenderà il Clero in tutto ciò che non spetta alla giurisdizione ordinaria del Cardinal Vicario.

5. I beni dello stabilimento pio saranno amministrati sotto la sorveglianza ed autorità del Cardinale Protettore da una Congregazione di Provisori Nazionali, alla quale presiederà lo stesso Rettore dell'Ospizio, che perciò ne sarà sempre membro. I Provisori verranno scelti tra i Nazionali Tedeschi ecclesiastici o secolari oriundi dagli Stati della Confederazione Germanica domiciliati in Roma. Tra questi vi sarà sempre un Belga, od Olandese ad oggetto di sorvegliare lá soddisfazione degli obblighi vèrso quella Nazione ed uno dell'ambasciata d'Austria presso la S. Sede. Il numero dei Provisori non sarà maggiore di sette, nè minore di cinque. Per la prima volta la Congregazione verrà composta *auctoritate Apostolica*. In seguito avrà la medesima il diritto di rinnovarsi coll'elezione dei nuovi Provisori. Ogni triennio la metà del corpo dei Provisori cesserà dalle sue attribuzioni ciascheduno però di essi potrà essere rieletto. Gli scelti dalla Congregazione dovranno essere confermati dal Cardinal Protettore. Questa Congregazione amministrerà secondo le leggi canoniche i fondi e beni dello stabilimento pio; sceglierà e rimuoverà i ministri impiegati nell'amministrazione di tali beni, e li sorveglierà nell'esercizio del loro officio. Si eccettua però l'amministrazione della Chiesa e dell'Ospizio, come si dirà a suo luogo. Il rendiconto an-

nuo sarà riveduto dalla Congregazione, la quale lo presenterà colle sue osservazioni al Cardinal Protettore per l'approvazione definitiva, dopo la quale si comunicherà la copia relativa all' I. R. Governo. La medesima Congregazione dipenderà dal consenso del Cardinale Protettore in quanto alla mutazione dei fondi, ed alle spese straordinarie, previa l'autorizzazione della S. Sede nei casi necessarii.

6. Il Rettore scelto che sarà dalla Maestà dell'Imperatore, verrà confermato con beneplacito Apostolico del Cardinal Protettore, e saranno fatte istanze alla Santità di nostro Signore di volerlo per maggior decoro della Nazione, e stabilimento Teutonico annoverare tra i suoi Prelati Domestici. Compete al Rettore come superiore immediato della Chiesa e dell'Ospizio: 1. la scelta, ammissione e congedo degl'inservienti della Chiesa e dell'ospizio; 2. La direzione del Clero quivi addetto assegnando a ciascuno il proprio officio; 3. la sorveglianza sulla disciplina domestica e sull'esercizio dei rispettivi offici, sì degli ecclesiastici, che dei laici; 4. la cura delle cose spettanti al culto divino nella Chiesa e l'esatto adempimento degli obblighi annessi; 5. l'amministrazione temporale della Chiesa e dell'Ospizio dietro un preventivo delle spese ordinarie annualmente stabilito dalla Congregazione ed approvato dal Cardinal Protettore. Il Rettore riceverà perciò per ordine della stessa Congregazione mensilmente una rata della somma totale approvata nel detto preventivo. Per coprire le spese straordinarie non prevedute nel preventivo, il medesimo dovrà sentire la Congregazione ed aspettarne la risoluzione, eccettuati i casi di urgenza, nei quali s'intenderà col Cardinal Protettore. Alla fine di ciascuno anno presenterà il suo rendiconto al Cardinal Protettore il quale coll'aiuto di due Provisori a sua scelta lo rivedrà per la definitiva approvazione insieme col rendiconto della Congregazione sull'amministrazione dei beni del pio stabilimento. Per supplire le veci del Rettore in sua assenza verrà scelto a suo Vicario uno dei Cappellani a proposta del Rettore stesso, e conferma del Cardinal Protettore.

7. L'ammissione e dimissione dei Cappellani spetta al Cardinal Protettore. Detta ammissione verrà fatta dietro le raccomandazioni dei Vsecovi della Germania, avendosi riguardo che l'elezione cada sopra individui di diverse diocesi. – Per ora il numero dei Cappellani sarà di quattro, non permettendone un maggiore numero lo stato economico dello stabilimento.

8. Si congiungerà col pio stabilimento quanto prima sarà possibile un convitto per quei Sacerdoti che i rispettivi Ordinari degli Stati della Confederazione Germanica vorranno mandare per perfezionarsi nei loro studj sacri e principalmente nel diritto Canonico e per ammaestrarsi nella pratica dei tribunali ecclesiastici di Roma. Fin d'ora lo stabilimento potrà provvedere in parte il locale per un tal Convitto; e in seguito quando le passività del medesimo stabilimento pio saranno estinte, la metà delle rendite restanti sarà impiegata per alleggerire questi Sacerdoti nelle spese del loro mantenimento. – I Convittori saranno soggetti alla sorveglianza e direzione del Rettore, e dovranno osservare gli Statuti della disciplina domestica stabiliti per il Clero addetto alla Chiesa, e le altre prescrizioni che saranno fatte all'uopo.

9. Si procurerà di riorganizzare nella Chiesa una Confraternità di Nazionali sotto la direzione del Rettore e coll'assistenza del Clero della Chiesa. Il suo scopo sarà il maggior culto divino e l'esercizio delle opere di pietà e carità cristiana. – La riferita Confraternita non avrà nessuna ingerenza nell'amministrazione dei beni spettanti allo stabilimento pio, e nell'elezione dei Provisori i quali però potranno essere eletti tra i membri della medesima. Essa non avrà beni, nè funzioni proprie, dovendo ogni limosina o lascita far subito parte dei beni dello stabilimento, e conformarsi alle funzioni che si celebrano nella Chiesa.

Jamvero quum Nobis supplicatum fuerit, ut memorata statuta probaremus, Nos rebus omnibus mature perpensis, eadem hisce litteris proba-

mus, ac confirmamus, et Apostolicae Nostrae auctoritatis robur, ac munimen singulis iisdem statutis adjungentes ipsa ab omnibus servari et custodiri mandamus, decernentes, has Litteras firmas et efficaces existere et fore suosque plenarios et integros effectos sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis Constitutionibus et ordinationibus, nec non memorati Hospitii Theutonici etiam juramento confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XV. Martii MDCCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Decimo tertio.

LIBER CONFRATERNITATIS

BEATAE MARIAE DE ANIMA

TEUTONICORUM DE URBE.

VERBA D. N. JESU CHRISTI.

Luc. c. XI.

Date eleemosynam et omnia munda sunt vobis.

Tobiae c. IV.

Eleemosyna ab omni peccato et a morte liberat, et non patitur animam ire in tenebras.

Eccles. c. III.

Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum.

Daniel c. IV.

Quamobrem, o Rex, consilium meum placeat tibi, et peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas misericordiis pauperum: forsitan ignoscet delictis tuis.

S. Ambros. de Helia et jejunio cap. XX.

Habemus plura subsidia; quibus peccata nostra redimamus. Pecuniam habes? redime peccatum tuum. Non venalis est Dominus, sed tu ipse venalis es: peccatis tuis venum datus es: redime te operibus tuis, redime te pecunia tua.

Idem sermone XXXI.

Eleemosyna quodammodo animarum aliud est lavacrum, sicut ait Dominus: Date eleemosynam et omnia munda sunt vobis: nisi quod salva fide dixerimus indulgentior est eleemosyna quam lavacrum. Lavacrum enim semel datur et semel veniam pollicetur: eleemosynam autem quoties feceris, toties veniam promereris.

IN SOCIETATIS HUIUS GERMANICAE

COMMEMORATIONEM

IOAN. LATOMI BERGANI CAN. REG.

CARMEN.

Germani proceres, pulchro sub climate nati,
Quo melius nullum forsitan orbis habet,
Et quibus invideant omnes, seu corpora spectes
Lactea, seu nervis membra torosa suis,
Seu magis eximias foecundi pectoris artes,
Cum valet ingeniis quidquid inesse bonis:
Istam, qui petitis causis maioribus, Urbem,
Quam merito mundi dicimus esse caput,
Quae geminis toti praelucet clavibus orbi,
Praesidet ut regnis, praesidet utque sacris:
Hic quoque magnanimae consensum ostendite gentis
Et vetus a saeclis asseritote decus.
Nam quod germanos dixere ea saecula fratres,
Mutuo ab hoc nostrae gentis amore fuit.
Nunc quoque res rara est populi concordia nostri
(Hei mihi, res hodie moribus una nocet)
Quare agite, ac huius morem ne spernite templi,
Quod nostrae nomen nobile gentis habet.
Nempe cooptamur Germani foedus in unum
Et velut in fratres gens sociata redit.
Pondus adest operi, non est sine numine vinclum;
Scimus, amatorem foederis esse Deum.

Ille suae Matris nomen concessit et omen;
In socios animam prodigit illa suam.
Hinc Animae titulum (causam ne nesciat ullus)
Nomine cum proprio foedus habere dedit,
Virginis et Matris quis non desideret, eius
Scilicet ut nato gratior extet, opem?
Nate, carent vino: quo pectore dixerat olim,
Hoc quoque nunc nostram curat amore sitim.
Quod si quis spernit nec tantae praesidis ambit
Auxilium, crassum se sciat esse pecus.
Ille nec oleae verus, mihi credite, termes,
Ingenium succi, quale oleaster habet.
Non ita germanae facient pietatis amantes,
Tempus abhinc nostri non ita fecit avi.
Vos ego complector, quicunque hic estis amici,
Inscriptos mecum, quos habet iste liber —
Seu iam securi portum subijstis Olympi,
Seu quorum fragilem fert maris unda ratem —
Aeternum iubeo defunctos morte valere,
Et mecum vivos vivere posse pios.

Omnibus Neminem 1574. 3. Idus Februarii.

CLARISSIMORUM CONIUGUM

IOANNIS PETRI DORDRACENI EX HOLLANDIA ET CATARINAE

AEDIS GERMANICAE CONDITORUM

EPITAPHIUM.

Hunc vobis tumuli tardum sacramus honorem,
Quondam coniugii copula sancta boni!
Quis dubitet rara morum pietate fuisse
Et bene concordes continuasse dies,
Iuverat haeredem quos Christum scribere solum,
Censumque aeternis constituisse sacris?
Felix consilium eventus nuncusque probavit. —
Crevit in immensum rivulsus iste fretum.
Rivulus ante fuit, quem vos duxistis, at illum
Auxerunt simili post pietate viri.
Quid tum? deberi vobis decus omne fatemur;
Aurorae totum dicimus esse diem.
Utraque succedit vestrae Germania pompae;
En sequitur regum pontificumque cohors!
En genus armorum, proceres civesque sequuntur!
Ducit in aethereum nam via vestra polum.
Ducite cum vestro, felices, gaudia Christo,
Qui nobis finem donet habere parem.

Nisi iniuriosae furum, alienique nominis depeculatorum manus coërceantur, qui aliorum memoriam ex hoc libro eradunt aut famosis scholiis deturpant, nisi etiam in ordinem fastus et supercilium eorum redigatur, qui cum conscientiam suam, tum Germanici nominis commoda alienigenis vendunt: erit, quod quemvis bonum ab hac sodalitate merito absterreat. Atque hoc ex tripode responsum videri debet.

Haec, etsi ex membrana, non tamen ex mentibus et animis eorum etiam, qui se merito suo tangi sentiunt, eradi poterunt. Indelebilis enim veritatis est character.

Bonifacius epus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Quanto frequentius fidelium mentes ad opera pietatis inducimus, tantum animarum statui salubrius providemus. Cum itaque, sicut accepimus, dilectus filius Joannes Petri de Dordrecht laicus noster serviens armorum, et dilecta in Christo filia Catharina ejus uxor Trajecten. dioecesis, cupientes terrena in coelestia et transitoria in aeterna felici commercio de bonis eis a Deo collatis certas solemnes et discopertas domos sitas in regione Parionis almae Vrbis cum suis hortalitiis et pertinentiis emerunt, easque ad usum pauperum Christi et aliarum miserabilium personarum pro suarum ac benefactorum ad haec animarum salute deputaverunt, et quoddam solemne hospitale hujusmodi personarum nationis Almanorum ad honorem et sub vocabulo beatae Mariae animarum construere coeperunt, illudque cum Dei auxilio dictorumque fidelium perficere proponant cum oratorio, domibus separatis virorum et mulierum dictae nationis, et pannis sericis, paramentis, libris, calicibus, lectisterniis, lectis et aliis utensilibus oportunis fulcire proponant: et licet nuper dictarum domorum parietes ex turbine ventorum ruina horribili et valde damnosa pro magna parte ceciderint, non tamen ipsi conjuges destiterunt nec intendunt desistere ab inceptis. Nos cupientes tam piis operibus hospitalis hujusmodi apostolica adesse praesidia, quibus ad laudem et gloriam dictae beatae virginis debitum consequantur effectum, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus vere poenitentibus et confessis ad praemissa perficienda et conservanda manus porrigentibus adjutrices, septem annos et totidem quadragenas de injunctis eis poenitentiis misericorditer relaxamus. Datum Romae apud S. Petrum, quarto Idus Novembris, pontificatus nostri anno decimo.

STATUTA

[1] 1) Statutum et ordinatum est per fundatores et confratres istius hospitalis, quod singuli presbyteri cuiuscumque nationis fuerint, suas missas in eodem celebrantes, habeant omnes fundatores et confratres, sorores et benefactores tam vivos quam mortuos dicti hospitalis in huiusmodi missis specialiter Deo commendatos. Quicumque omnes alii presbyteri in dicto hospitali hospitati ac aliis emoluméntis dictae domus gaudentes, sive in eodem hospitali aut transeundo circuitum in aliis locis devotis, missas suas celebraverint, pro huiusmodi fundatoribus et confratribus, sororibus ac benefactoribus tam vivis quam mortuis orare specialiter teneantur. Et quicumque aliquid predictorum expresse adimplere recusaverint, in dicto hospitali hospitari aut huiusmodi missas celebrare in eodem nullatenus tolerentur.

Oratio.

Omnium sanctorum tuorum intercessionibus, quesumus Domine, gratia tua nos semper protege, fratribus, sororibus, amicis et benefactoribus huius hospitalis et christianis omnibus viventibus atque defunctis, misericordiam tuam ubique pretende, ut viventes ab omnibus impugnationibus sint tua opitulatione defensi, et defuncti remissionem mereantur suorum omnium accipere delictorum. Per D. N. etc.

Numeri uncis inclusi indicant paginas codicis manuscripti.

Secreta

Oblationes nostras, quaesumus Domine, propitiatus intende: fratribus, sororibus, amicis et benefactoribus huius hospitalis et ob tuorum omnium sanctorum honorem veniam nobis nostrorum tribue peccatorum et christianis omnibus viventibus atque defunctis hec presens oblatio presentis vite subsidia et futura premia eterna adquirat. Per Dom. etc.

Complenda.

[1] Hec sacrificia, que sumpsimus, Domine, meritis et intercessionibus omnium sanctorum nobis ad salutem proficiant et fratribus, sororibus, amicis et benefactoribus huius hospitalis et christianis omnibus viventibus atque defunctis, te favente, eterna ac temporalia premia benigne acquirant. Per Dom. etc.

2) Item singulis quatuor temporibus seu septimana immediata sequente fiant exequie solemnes pro animabus fratrum, sororum et benefactorum predictorum cum collecta secreta et complenda predictis in dicto hospitali.

3) Item singulis diebus hora vicesima quarta cantabitur « Salve regina » vel « Regina celi » iuxta exigentiam temporis cum pulsu Ave Maria. Et presbyter dicto « de profundis, » et aspersa aqua benedicta dicat collectam predictam pro animabus predictis.

4) Item quilibet inscribendus in fraternitate tenetur pro recognitione fraternitatis et onerum supportatione dare XV, et singulis temporibus supradictis tres aut saltem omni anno duodecim obolos assignare provisori pro tempore existenti.

5) Item provisor in signum fraternitatis tenetur cuilibet fratri et sorori obolos predictos solventi in festo Purificationis assignare unam candelam iuxta conditionem et statum recipientium.

6) Item quilibet presbyter hospitatus in dicto hospitali tenetur interesse divinis officiis supplicatus et, si recusaverit, expellatur et similiter tenetur ad missas legendas iuxta arbitrium provisorum.

7) Item quilibet peregrinus, sive masculus sive femina, hoc petens debet in dicto hospitali propter Deum recipi et tribus vel quatuor noctibus aut alias iuxta arbitrium provisorum in lecto et linteaminibus munde collocari et postea hospitale ad premissa non tenetur.

8) Item in electione provisorum talis servetur ordo, quod post renuntiationem officii antiquorum provisorum unus illorum de novo deputetur; et illi unus vel duo novi ad voluntatem confratrum, qui ad hoc specialiter sunt vocandi, adiungentur sic, quod semper unus ex antiquioribus remaneat, ut statuta et consuetudines et alia per seniores magistros observ...ab eisdem studeat et introduc... observet.

9) Item quod antiqui provisores seu magistri praesentibus fratribus vel per fraternitatem deputandis, novis provisoribus seu magistris infra decem dies de expositis et sublevatis ac rebus et bonis hospitalis reddere computum et rationem et novi magistri similiter ad accipiendum computum et rationem huiusmodi teneantur sub pena arbitraria per fratres infligenda.

Hucusque scripsit prima manus, quae videtur esse Henrici a Marwede, copistae.

10) Item quod dicti antiqui magistri de eorum dispensatione et administratione, adiunctis nonnullis fratribus eiusdem hospitalis, ut moris est, infra terminum per novos magistros aliosque fratres dicti hospitalis prefigendum faciant debitam rationem de omnibus receptis et expositis, et si infra dictum terminum hoc facere neglexerint, ultra penam arbitrariam, per magistros novos et fratres huiusmodi statuendam, decem ducatos auri de camera in usum dicti hospitalis toties quoties irremissibiliter solvere teneantur, nisi legitima causa et per fratres sufficiens reputata illos a prefata solutione excusaret.

11) Item quod per prefati hospitalis capellanum vel sacristam aliosve ministros tempus, quo novorum magistrorum electio et antiquorum magistrorum ratio seu computus fieri debuerit, singulis fratribus eiusdem hospitalis legitime intimetur. Et quicunque eorum scilicet fratrum etiam non vocatus electioni novorum et rationi antiquorum magistrorum interesse voluerit, absque contradictione quacunque admittatur.

12) Item quod in electione novorum magistrorum maior pars fratrum in electione virorum idoneorum appropriatorum, bona conscientia moribus et honestate perfulgentium minori parti anteferatur, nisi ex evidente utilitate videatur, antiquos magistros fore continuandos.

[3] Nomina summorum pontificum, qui fuerunt tempore huius hospitalis et erunt pro tempore.

1342 Clemens VI. papa CCV, qui vixit annis XI et suo tempore in Iubileo anno 1350 primo hospitale fuit inceptum per quendam Ioannem Petri de Dordraco, laicum Almanum, et Catherinam legitimam eius uxorem, intuitu pauperum Almanorum propter Iubileum in urbe tunc existentium.

1353 Innocentius VI. papa CCVI vixit annis X.

1362 Urbanus V. papa CCVII vixit annis octo.

1371 Gregorius XI. papa CCVIII annis VII. mensibus quinque reduxit curiam a Francia.

1378 Urbanus VI. papa CCIX annis XI. mensibus VIII.

Notandum, quod dicto Urbano canonice electo et in die pasche coronato, certi cardinales, forte ut papatus ad Gallos reduceretur, confingentes, per vim et metum elegisse, in civitate Fundarum Rupertum Gebenensem cardinalem in papam, qui Clemens septimus post cuius obitum in Francia..... cardinales Petrum de Luna, qui Benedictus XIII. vocabatur, nulliter elegerunt, quodque....Benedictus....usque ad tempora Martini infradicti gerebat se pro indubitato pontifice et quod post obitum eiusdem quidam abbas assumptus erat, qui evanuit per processus pape Martini V.

1389 Bonifacius IX. papa CCX per obitum Urbani electus annis XIV mensibus IX, qui reaedificavit castellum sancti Angeli.

1404 Innocentius VII. papa CCXI annis II. dedit hospitali privilegium exemptionis; decapitari fecit 12 nobiliores Romanos.

1409 Gregorius XII. papa CCXII annis II mensibus VI. privatus fuit in concilio Pisano cum dicto Benedicto in Gallia existente propter collusionem eorum.

1409 Alexander V. electus in Pisa papa CCXIII vixit mensibus XI.

1410 Iohannes XXIII. papa CCXIV Baltazar de Cossa antea vocatus annis IV. mensibus X. in Constancia privatus et Benedictus improbus dampnatus fuerunt. Ibique eciam Gregorius privatus resignavit et vacavit papatus II annis.

1412 Martinus quintus papa CCXV, Oddo de Columpna, electus Constancie annis XIII. mensibus III., qui Florencie Baltazarem privatum et multis (II) annis in Alemanie et Reni partibus de mandato Sigismundi Imperatoris incarceratum sibi remissum in cardinalem creavit (Florencie) qui post paucos dies expiravit ibidem. In cuius epithaphio in capella s. Iohannis Florencie scribitur Iohannes papa XXIII.

1431 Eugenius IV. papa CCXVI annis [4] XVI; quem Basilea privavit et loco illius Amadeum ducem Sabaudie in Felicem quintum surrogavit, qui habita in Francie, Alemanie et aliis multis partibus obedientia Anno tercio Nicolai cessit.

1447 Nicolaus V. papa CCXVII electus Rome per obitum Eugenii annis VIII. diebus VI.

1455 Calistus III. papa CCXVIII annis IV mensibus V.

1458 Pius II. Senensis papa CCXIX vixit annis sex minus 5 diebus.

1664 Paulus secundus Venetus papa CCXX electus penultima Augusti 1464, cardinalis s. Marcii *(Marci)* Petrus de Barbo vocatus. Sedit annos...menses...dies *(annos 6 menses 10 dies 25)*.

Hucusque manus prima.

1471 Sixtus quartus Ianuensis, antea frater de ordine s. Francisci, per Paulum cardinalis creatus, electus anno dom. 1471 die Veneris nona Augusti et 8 seq. Septembris coronatus sedit annis 13 diebus 4 ab electione; mortuus fuit in nocte sequente diem 12 m. Augusti infra quartam et quintam horas 1484. papa CCXXI.

1482 Innocentius papa octavus, Ianuensis, prius Iohannis Bapt. et S. Cecilie presb. card., Malsetensis vulgariter nuncupatus et a Sixto IV. predecessore creatus, fuit electus die dominica 29 Aug. die decollationis s. Io. B. a. d. 1484 et 12 m. Sept. dicti anni coronatus, obiit in nocte sequente diem 25 m. Iulii 1492 papa CCXXII.

1492 Alexander papa VI. Valentin. Calixti pape III. nepos et ab eo cardinalis et s. R. eccl. vicecancellarius, creatus die XI. m. Augusti 1492 in summum pontificem electus fuit et die 26 eiusdem mensis coronatus, papa CCXXIII obiit Rome die Veneris 18 Augusti 1503 inter 19 et 20 horas.

1503 Pius papa III, Pii pape II. ex sorore nepos et ab eo dyaconus cardinalis et Senensis archiepiscopus creatus, antea vocatus Franciscus de Picholominibus cardinalis Senensis die Veneris 22 m. Sept. 1503 in summum pontificem electus et die

dominica 8 m. Octobris eiusdem anni coronatus fuit, qui obiit die Mercurii 18 eiusdem Octobris 1503 inter 10 et 11 horas noctis.

Iulius papa II, antea Iulianus tit. S. Petri ad Vincula cardinalis, Saonensis, fel. rec. Sisti IV. p. m. nepos, electus in summum pontificem die omnium sanctorum id est prima Nov. 1503 et coronatus die dominica 26 Nov. papa CCXXV, obiit 21 feb. 1513.

Leo papa X. Ioannes de Medicis dictus S. Mariae in Domnica diac. card. electus 11 Martii 1513 obiit 2 Dec. 1521.

Adrianus papa VI. Ultrajectensis nomen retinens, card. Dertusensis, electus 9 Ian. 1522 absens, venit ex Hispania ad urbem 29 Augusti. Hic fuit theologus Lovaniensis. Coronatus ultima Augusti 1522, obiit 14 Sept. 1523: in nostro templo sepultus.

Clemens papa VII. Iulius de Medicis diaconus cardinalis; electus 19 Nov. 1523, coronatus 26 Nov. obiit 25 Sept. 1534 atque indulgentiam perpetuam concessit singulis annis in die translationis ossium Pape Adriani b. m.

Paulus papa III. Alexander de Farnesio episcopus Ostiensis cardinalis ab Alexandro VI. factus, eligitur in papam 13 Oct. 1534, coronatus 3 Nov. obiit 10 Nov. 1549 in monte Quirinali.

Iulius papa III. Ioannes Maria, episcopus Praenestinus cardinalis de Monte vulgariter nuncupatus, a Paulo III. factus, electus in papam 8 Februarii 1550 coronatus 22 eiusdem. Aperuit portam auream 24 Februarii clausit eandem die Ianuarii 1551. Obiit 23 Martii 1555.

Marcellus papa II. idem nomen retinens, cardi-

nalis, familia Cervinus de Monte Politiano tit. S. Crucis in Hierosol. presbyter a Paulo III. factus, electus in papam 9 Ap. 1555 sequente die coronatus. Obiit prima Maii eiusdem anni.

1556 Paulus IV. Carapha: sedit a. 4 m. 2 dies 27 obiit 15 Kal. Sept. 1559.

[5] 1559 Pius IV. Medices sedit a. 5 m. 11 d. 15 restituit concilium Tridentinum et perfecit. Obiit 4 Dec. 1565.

1565 Pius V. fautor in variis, insignem victoriam a Turcis reportavit: obiit Cal. Maii 1572. Sedit a. 6 m. 3 d. 23.

1572 Gregorius XIII. altare S. Barbarae privilegiis indulgentiarum in favorem et auxilium animarum fidelium dotavit, ut ex bulla constat anno.... Festo Nativitatis B. M. concessit indulgentiam 10 annorum omnibus eccl. B. Mariae Teuthon. visitantibus. Sedit annos 12 m. 10 dies 10 obiit 1584.

1585 Sixtus V. Solemniter visitavit ecclesiam B. Mariae Teuth.; nam per octavas S. Francisci quotidie diversas ecclesias visitando ob victoriam quandam catholicorum apud Coloniam, hanc quoque solemni adventu celebravit, donatis ecclesiae 50 aureis. Visitavit denuo eandem ob gratiarum actionem de conversione ad fidem catholicam illmi marchionis Badensis, donatis ecclesiae 40 aureis anno 1590. 18 Aug. Sedit annos 5 m. 4 d. 3.

1590 Urbanus VII. Sedit dies 12 obiit 5 cal. Octobris 1590.

1591 Gregorius XIV. Mediolanensis, sedit m. 10 dies 10.

1592 Innocentius IX. Bononiensis, sedit menses 2 diem unum obiit 1592.

1592 Clemens VIII. antea Hipolitus Aldobrandinus, Florentinus.

1605 Paulus V. antea Camillus Burgesius, Romanus obiit 28 Ian. 1621.

Idem Paulus V. ob Pragam recuperatam visitavit hanc ecclesiam, ibidem celebravit die 4 Dec. 1620; nihilque obtulit nec dedit.

1621 Gregorius XV. Bonon. creatus 9 Febr. 1621 antea Alexander Ludovisius dictus.

Pag. 6–8 codicis nihil continent.

[9] Nomina illustrissimorum dominorum regum et gloriosissimorum imperatorum Romanorum reginarum et imperatricum tempore huius hospitalis.

Anno 1355 Carolus quartus, imperator XXXI. a tempore Caroli Magni, vixit annis XXXII. Tempore illius in anno Iubilaeo 1350 fuit hospitale primo inceptum ut supra.

1373 Winslaus (*Wenceslaus*) vixit annis XXII et fuit XXXII ut supra.

Robertus Bavarus, imperator XXXIII vixit annis X.

1411 Sigismundus secundus, Imperator XXXIV vixit annis XVII.

1438 Albertus II. Romanorum rex vixit annis II.

1440 Fridericus III. imperator vixit annis.... et fuit coronatus imperator per Nicolaum papam V. 1452 dominica Letare, quae fuit 19 mensis Martii, Rome in sancto Petro et copulatus sue uxori Leonorae.

Leonora, imperatrix coronata ut supra, quae fuit filia regis Portugalie et fuit recepta per d. FF. apud civitatem Senarum, ubi sigm.

Hucusque prima manus.

Maximilianus, Austrie et Burgundie archidux, electus fuit in Romanorum regem et coronatus in Aquisgrano anno d. 1486.

Carolus, rex Hispaniarum, utriusque Sicilie, Hierosol. etc. archidux Austrie, dux Burgundie, Brabancie, Lucimburgie etc., comes Habspurgi, Flandrie, Tyrolis etc. electus in regem Roman. a. d. 1519. die Iunii Francofurdie et coronatus Aquisgrani 1520 die...Octobris, eius nominis quintus, nepos ex filio Imp. Maximiliani, Philippo in Flandria in oppido Gent.

Ferdinandus, archidux Austrie.

Maximilianus secundus.

Rodolphus II. Rom. Imp. electus.

Ferdinandus, archidux Austriae, Roma discedens 30 Maii 1598.

Franciscus

(Ita libro isti nomen suum inscripsit, titularum pompa praetermissa, Franciscus I Austriae imperator, quum Romam venisset anno 1819, templumque ac xenodochium S. Mariae de Anima nuncupatae invisisset, quo tempore eiusdem ibi loci praesides omni benevolentiae significatione prosequutus est, eademque illos comitate excepit in aede Quirinali, in qua apud Pium VII. pontificem hospitabatur.)

Carolina Augusta

(Haec regis Baiariae filia ac Francisci I imperatoris conivx, quae illi comes Romam venit, istique libro nomen pariter suum inscripsit.)

[10] Christiernus, Dacie, Suecie, Norwegie, Sclavorum

et Gothorum rex, Sleswicensium et Holsacie dux, in Oldenborgh et Delmenhorst comes 1474 die 27 Ap.

Carolus Alexander de Croy, marchio de Haurech. S. R. I. princeps, comes de Fontenoy. Romae 24 Augusti 1598 m. p. scripsit.

René d'Anglure. Busancy.

Remy de Benept. (?)

[11] **Nomina reverendissimorum ac reverendorum patrum dominorum sacrosancte ecclesie Romane cardinalium, archiepiscoporum, episcoporum, prothonotariorum, abbatum infulatorum, correctorum palatii apostolici ac curie causarum, camere auditorum, locumtenentium, penitenciariorum minorum, camere clericorum, pape secretariorum, cubiculariorum, accolitorum, nec non spiritualium regum, ducum, marchionum, lantgraviorum, comitum, baronum et aliorum magnorum nobilium fratrum huius hospitalis.**

1 Nicolaus, tituli sancti Petri ad vincula presbyter cardinalis, de Cusa vulgariter nuncupatus, episcopus Brixinensis.

2 Petrus, tit. sancti Vitalis presbyter cardinalis, Augustensis vulgariter nuncupatus.

3 Iohannes, tit. sancte Prisce, Zamorensis vulg. nuncupatus.

4 Iacobus, sancti Eustachii diaconus cardinalis, filius regis Portugalensis, quem R. P. D. episcopus Mindoniensis in dicto hospitali ordinavit ad quatuor minores ordines.

5 Berardus, tit. s. Sabine presbyter cardinalis, Spoletanus vulg. nuncupatus.

6 Franciscus, s. Eustachii cardinalis, Senensis vulg. nuncupatus. (Pius Papa III)

7 Iohannes de Azel, episcopus Verdensis.

8 Anselmus de Breda, decretorum doctor, prothonotarius, corrector ac archidiaconus Hannonie in ecclesia Leodiensi.

9 Iohannes, episcopus Curonensis.

10 Iohannes Schallerman, episcopus Gurtzensis.

11 Iohannes Walling, auditor causarum, praepositus Lubicensis.

12 Iohannes Rode, prothonotarius, corrector, Bremensis et beate Marie Hamburgensis ecclesiarum prepositus.

13 Paulus Legendorp, episcopus Warmiensis.

14 Robertus comes palatin. Reni, Bavarie dux, prepositus Herbipolensis.

In marg: Nunc archiepiscopus Coloniensis.

15 Stephanus de Novaria, archidiaconus Taurinensis dioec., auditoris camere locumtenens.

16 Georgius, marchio Badensis et comes in Spanheim, episcopus Metensis.

17 Iacobus de Mucciarellis, utriusque juris doctor, auditor et clericus camere.

18 Iacobus, episcopus Petinensis.

19 Marcus, episcopus Urbevetanus.

20 Godfridus Lange, episcopus Zwerinensis.

21 Iohannes, archiepiscopus Armachanus.

22 Ludowicus de Ludowisiis, utriusque juris doctor, prothonotarius et auditor.

23 Theodericus de Lelliis, utriusque juris doctor, episcopus Feltrensis.

24 Borchardus de Randegg, episcopus Constantiensis.

Manus posterior in margine inferiori hujus paginae haec adnotavit:

25 R. P. D. Wilhelmus de Enkenvoirt, Brabantinus, decretorum licent. scriptor apost. prepositus Bo..ensis et in eccl. Coloniensi nec non Capiniae in Leodiens. et Brabant. in Camerac. eccl. archidiaconus et canonicus, serenissimi domini Caroli, in imperatorem electi, apud sedem apost. procurator, et per SSmum D. N. D. Hadrianum pp. VI. de anno 1522 de mense Aprili eius datarius designatus ac ex post per dictum Hadr. papam eccl. Dertusensi episcopus prefectus. et tandem per ipsum Hadr. papam die 10 Sept. anni 1523. cetui rmorum DD. S. R. E. Cardinalium aggregatus ac tituli SS. Ioannis et Pauli presbyter cardinalis publicatus,

[12] 26 Iacobus, episcopus Perusinus.

27 Ambrosius, episcopus Electensis (degradatus).

28 Henricus Steinhoff, cubicularius S. D. N. Pii, prepositus ecclesiae s. Pauli Wormaciensis.

29 Nicolaus, episcopus Rackeneruensis.

30 Bertoldus, comes de Hennenberch, Coloniensis et Argentinensis ecclesiarum canonicus, dedit I ducatum 1461.

In marg: Depost archiepiscopus Maguntinus.

31 Iohannes de Colck de Clivis, preceptor generalis domus s. Anthonii de Isenhem Basiliensis dioec., S. D. N. Pii pape II cubicularius ac capelle magister.

32 Iacobus, abbas monasterii s. Iacobi, Maguntin.

33 Sigismundus, primus episcopus Labacensis.

In marg: Lamberger et nobilis de genere appellatur.

34 Mauritius, comes de Spegelberch, canonicus Coloniensis, ambasiator Roberti electi Coloniensis.

35 Albertus, comes de Werthem, prepositus Bambergensis, ambasiator ut supra.

36 Wilhelmus Boutt, auditor causarum, archidiaconus Antwerpiensis in ecclesia Cameracensi.

In marg: Auditor rotae.

37 Sanctius Romero, utriusque juris doctor, causarum auditor.

38 Marcus, marchio Badensis s. Florini Confluen. Treverensis dioec. praepositus, Coloniensis et Maguntine ecclesiarum canonicus.

39 Wulpertus de Dersz, apostolice sedis prothonotarius, canonicus et scholasticus Maguntin. ac prepositus s. Albani extra muros Mag.

40 Iohannes, comes de Nassow, canonicus Maguntinus, licentiatus in decretis.

41 Engelbertus, comes de Nassow, Colon. et sancti Zeverini Colon. ecclesiarum canonicus, baccalaureus decretorum.

42 Iohannes, comes de Werdenberg, prepositus in Wissenstaig Constanciensis dioec. ac Augustensis, Constantiensis ecclesiarum canonicus.

Postea additum: Administrator ecclesiae Augustensis, nunc vero episcopus eiusdem.

43 Henricus Vüst de Paderborn, ordinis minorum, custos Westfalie, baccalaureus formatus theologie, episcopus Tefelicensis, consecratus in hospitali in die s. Pauli anno 1464.

Hucusque scripsit Henricus a Marwede.

44 Ioannes, dei gratia comes palatinus Reni ac Bavarie dux manu propria anno 1464 Rome dominica invocabit.

45 Michael Rederer (?), Ratisponensis et veteris Ottingensis Salzburg. dioec. praepositus et dicte Ratisponensis ac Frisingensis canonicus, nec non parochialis in..... dicte dioecesis rector ecclesiarum, cancellarius et consiliarius illustrissimi principis et domini domini Ludovici, Bavarie ducis.

46 Henricus de Glimer, filius illustrissimi dñi de Bergis, sacrosancte Romane ecclesie prothonotarius, utriusque juris doctor, Perusinus, receptus in confratrem anno 1472 ultima marcii.

47 Albertus, quondam Alberti comitis palatini Reni ac superioris et inferioris Bavarie ducis filius, Coloniensis et Augustensis ecclesiarum canonicus anno Christi 1464. *(manu pr.)*

[13] 48 Bolfgangus, dicti Alberti frater germanus, Augustensis ac Pataviensis ecclesiarum canonicus.

49 Wernherus de Seyn comes de.... prepositus. Frising. (?).... *(Reliqua legi nequeunt)*

50 Gaspar Sundhauser (?), canonicus Frisingensis, dictorum principum preceptor.

51 Georgius,... *(Legi nequit.)*

52 Albertus, dei gratia comes pallentinus Reni

et Bavarie dux anno 1464. (Episcopus postea Argentinensis.)

53 Rudolphus episcopus Lavantinus manu propria die conversionis s. Pauli anno a nativ. Domini 1462.

54 Petrus Puechler de Strawbingen, decretorum doctor, prepositus Heybacensis Augustensis dioec. dictorum illustrium principum, Johis et Alberti germanorum, Bavarie ducum, consiliarius et in Romana curia orator, manu ppria anno D. 1466 scripsi in die S. Michaelis.

55 Tylemannus de Trotte, electus et confirmatus Merseburgensis 1466.

56 Bertoldus, ordinis predicatorum, pape (?) penitenciarius.

57 Nicolaus Tuenghen episcopus Warmien. olim lit. apost. scriptor et abbreviator 1469.

58 Marcus, episcopus Prenestin. cardinalis (nunc patriarcha Aquilegensis) hospitalis nostri protector et singularis promotor, inscriptus fuit anno 1479.

(Marcus Barbo patr. Aquil. 1465-1491)

59 Theodorus, s. Theodori dyaconus cardinalis, de Monteferrato inscriptus fuit 1479. 8 Sept.

60 Theodoricus de Monte, canonicus et celerarius ecclesiae Hyldesemensis ac archydyaconus Goslaryensis in eadem. 1472 in die s. Stephani.

61 Conradus Schad, decretorum doctor, clericus Bambergensis dioec. die prima Ianuarii 1472.

62 Wilhelmus Talen (?), clericus Leodiensis dioc. eadem die.

63 Wilhelmus de Breitbach, abbas monasterii s. Heriberti Tuiciensis ordinis s. Benedicti Coloniens. dioc. 1472 ipsa die circumcisionis Domini (nil solvit).

64 Nicolaus Wyttenborch, magister artium, decanus Zwerinensis anno et die ut supra.

Sequuntur tria nomina 65-67; sed scriptura ita est detrita, ut legi nequeant.

[14] 68 Henricus Sauckenstedè, legum doctor canonicus ecclesie Hildes. et decanus s. Andree ibidem. año 1472. in vigilia purificationis.

69 Melchior Meckaw, s. d. n. pape Sixti cubicularius, litterarum apostolicarum scriptor, decanus Misnensis ac ejusdem et Brixinensis, nec non s. Thome Argentinensis canonicus ac parochialis in Ursen Salzeburgiensis dioc. rector ecclesiarum. a. d. 1472 (Solvit.... prout in libro receptorum continetur.)

In margine: Episcopus Brixinensis postea cardinalis tit. s. Nicolai inter imagines.

70 Eberhardus de Rabenstein, canonicus Bambergensis lit. apost. abbreviator 1472 in die nativjtatis D. N. solvit medium ducatum.

71 Iacobus Pawe, Nortensis prepositus Maguntine dioc., decanus Brixinensis... Constanciensis dioc. canonicus ecclesiarum, qui et ss. d. n. Pauli papae II. cubicularius secretus, nec non secr... d. Ff. Ro. imperatoris palatinus. Anno d. 1473. *reliqua legi nequeunt.*

72 Petrus Roler, prepositus scte Margarithe Patavien. dioc. canonicus.... decretorum doctor.

73 Johannes Neuhauser, canonicus Ratisponensis in decretis licentiatus.

74 Sigismundus Lamberger, primus episc. Laibac.

75 Johannes Lamberger, decretorum doctor.

76 Hermachoras, primus decanus ecclesie Laibac.

77 Caspar de Loss, capellanus rev. domini episcopi Laibacensis.

78 Michael Pophinger, prefati domini Laibac. camerarius.

79 Albertus, episc. Salonensis, Ulrici episcopi Pataviensis in pontificalibus vicarius, die 30 Maii 1473 hic consecratus.

80 Johannes. episcopus Tarbatensis, hic consecratus 1473 die dominica 15 Junii, qua fuit processio Corporis Christi.

81 Martinus, episcopus Curoniensis, hic consecratus 1473 dominica 18 Iulii.

82 Guntherus de Buenow, decretor. doctor Magdeburgensis et Nuemburgensis eccl. canonicus, s. d. n. Sixti pape cubicularius 1474 die 1. Maii.

83 Daniel, episcopus Bellinensis, episcopi Hermanni Constantiensis in pontificalibus vicarius, die 19 decembris 1473 hic consecratus.

84 Dionisius, episcopus Cyrenensis, Adolphi, archiepiscopi Maguntini in pontificalibus vicarius, hic consecratus die 15 Maii 1474.

85 Hubertus, episcopus Dariensis, Ludovici episcopi Leodiensis in pontificalibus vicarius, hic consecratus 1474 die 24 Nov.

86 Iohannes, episcopus Luthomislensis, 1474 die 18 decembris hic consecratus.

87 Ieronimus, episcopus Naturensis, Georgii episcopi Bambergensis in pontificalibus vicarius, 1474 die 18 decembris hic consecratus.

88 Henricus Nithart, utriusque juris doctor ac decanus ecclesie Constant. ac plebanus in Ulma dicte dioc. ecclesiarumque Aug. ac Spirensis canonicus. 15 m. Februarii anno 1475.

89 Iohannes Ulricus de Stoeffell, Constant. ac Ba-

silien. eccl. canonicus ac dicte Basil. cantor anno 1475 die 15 Febr.

Ioannes Bapt. Remboldus I. U. D. et Eccl. Collegiatae s. Andreae Frisingensis Praepositus.. aureum nummum donavit 23. Sept. 1609.

1240 Iacobus Wistenus Noviomagus I. U. D. Regalis Eccl. Aquisgran. canonicus et consistorii pro tempore clericus.. die 5. Ian. 1621.

Iacobus Christophorus Kompff ab Angret Prae-

positus Passauensis et Lautebacensis Serñi Archiducis Leopoldi consiliarius Roma discedens inclytae huic congregationi se adscripsit et reliquit 27 julios in auro 6. Iunii 1611.

Gulielmus Dominus in Hollinghoude.. duo scuta dedit 1622, 10. Oct.

Christophorus Peütingerus Praepositus insignis Collegiatae s. Mauritii Augustae Vindelicorum ibidemque canonicus, sodalitati B. Virginis Germanorum de anima nomen suum posuit aureumque nummum donavit 26. Martii 1629.

Franciscus ab Hatzfeldt canonicus Bambergensis et Herbipolensis ven. huic societati nomen adscripsit 18. Sept. 1622 (qui nunc in utroque Loco Episcopus existit anno 1631.)

[169] Anno 1610, VI. id. Martii. Henricus Stranius Protonotarius Apost. Cathed. Eccl. Leod. et Regalis B. M. V. Aquisgranensis canonicus, Serñorum ac Illñorum Principum Electorum ecclesiasticorum consiliarius et agens atque ad S. D. N. Paulum V. P. M. Orator, huic inclitae sodalitati.. nomen dedit..

Ego Petrus Blanchebiel canonicus insignis Eccl. s. Servatii oppidi Traiect. Leod. dioec. discessurus Roma.. reliqui Iulios 15,.. 24. Iul. 1610.

Ricardus Paulus Strauius Prothonot. Apost. canonicus Tungrensis maiorum suorum imitatos pietatem post decennalem in Urbe mansionem sacrae huic Congregationi se adscripsit 1613 (?) febr. 15.

Antonius Harach capellanus Attrebatensis.. 26. dec. 1610.

Antonius Harach, Capellanus Attrebatensis 26. dec. 1610.

1250 I. B. Vives, I. U. D. Valentin. in Hispania, Algesire in d. ecclesia Archidiaconus, Sm̃i D. N. in utraque Signatura Refferendarius Inquisitionis generalis Hispaniarum et Regnorum adjacentium apud Sedem Agens ac tandem Serm̃orum Principum Belgii Alberti Archiducis Austriae et Isabellae Clarae Eugeniae Hispaniarum Infantis apud Sm̃um D. D. Paulum V. orator destinatus huic devotissimae sodalitati.. se subscripsit m. p. in festo.. immaculatae purificationis.. 1619.

[170] Anno D. 1611 die 29. Ianuarii.

Bernardinus a Rubeis Protonotarius Apost. Praepositus s. Petri in Kaltemprum Vicarius Imperialis in s. ecclesia Aquilejensi consiliarius sacrae Caes. Maiestatis et Serm̃i Archiducis Ferdinandi in hanc sanctam sodalitatem nomen dedit.. tempore suae residentiae pro Caesare in Urbe, sedente Sm̃o P. Paulo V.

Philippus Masius, Antwerp. ducatus brabantini, eques auratus, dominus In bodegem, ophem etc serenissimis Principibus Belgis Alberto Archiduci austriae ac Isabellae Clarae eugeniae hispan. Infanti a Consiliis, ad sum̃um P. Paulum V. legatus missus huic devotissimae sodalitati... se inscripsit m. p. Romae 17. martii 1611.

Egidius Ursinus de Vivariis Leodiensis I. U. D. Protonotarius Apostolicus insignium Ecclesiarum collegiatarum s. Pauli Leodiensis Praepositus et B. Odae Amanien eiusdem diocesis Abbas secularis, Libellorum supplicum Signaturae Iustitiae Sm̃i D. N. Pauli V. Revisor, huic.. sodalitati lubens nomen inscripsit suum. Romae 4. Sept. 1611.

Ioannes Lambacherus oenipontanus piae ac laudabili huic societati collata Elemosina nomen suum ascripsit Romae 18. Oct. 1611.

[171] Otto ab Utman, Eques Silesius.. 18. Oct. 1611.

Philippus Ferdinandus Iacobus Annibal et Sigismundus huic laudabili et inclitae Nationi Germanicae 4. novembri 1611... donum reliquere.

Ad Nobilissimos Heroas ac Sodales. Pingite in hoc Albo, o Proceres! Nam expertia (Corpora ut intereant) Nomina mortis erunt. Gauco Gaukema Frisius, Prothonot. Apost. canonicus Aquisgran. cl. Nationalis huius Ecclesiae Sacrista Posui: Anno Salutis 1619, Pauli V. Decimoquarto, Pridie Idus Ianuarii.

[172] Rudolphus comes in Helffenstein.. 1613, 27. martii.

Bertholdus et Hugo fratres, LL. Barones in Königsegg et Aulendorff Roma discedentes huic Bmae Mariae V. Germanorum Sodalitati ad bonam sui memoriam donatis duobus scudis nomen suum reliquerunt die 20. nov. 1613.

Udalricus et Iacobus fratres germani Barones a Wolkenstain et Rodnegg devotissimae confraternitati nomen dedimus 7. Oct. 1615, donatis duobus scudis.

1260 Adamus Philippus a Cronberg.. 6. Feb. 1619.

Ioannes Reinhardus Ziglerus.. eodem tempore.

Philippus in Rodenstein 1619.

Marcus Antonius Welser Augustanus 2. Iunii.. 1620.

Ioannes Iacobus de Syrgenstein 2. Iunii 1620.

Idibus octobribus 1619.

Christoph. Leopoldus et Sigismundus figli Friderico ab Herberstein.

Henricus Bebian Modellanus 17. oct. 1619..

Henricus Alfonsus.. 20. oct. 1619.

1270 Iohannes Christophorus a Viebelschütz.. 20. oct. 1619.

Georgius a Borschnitz.

Heinricus a Pfeil.. dederunt inclitae Nationis 9 Iulios. 24. oct. 1619.

Christophorus Römer Bavarus, 5. Martii 1613.

Ioannes Christophorus a Schellenberg 1620. 8. Iunii.

[173] Rogerius Clarisse Antwerp. dum reditum in patriam destinat.. 1616, 13. Feb.

Ioannes Gambrer.. 9. martii 1616.

Iohannes van Lanten Architetto generale di N. S. papa paulo quinto 22. di Marzo 1618.

Ioannes Henricus Wilkin, cubicularius Archiepiscopi Moguntini Principis Electoris .. 6. feb. 1619. Espoir me confort.

Hermannus Schone Bremensis.. 3. oct. 1619. Dedit 10. julios.

1280 Arnoldo di Wachtendonck, Signore di Hulhausen: 1620, 14. Iulii.

Otho Rudolphus a Schönaw 1616, 5. Iulii.

Balthasar ab Andlaww.. 1616, 5. Iulii.

Iohannes Carparus a Schönaw 1616, 5. Iulii.

Nos tres supra scripti dedimus 18. Iulios.

Eberhardus Graff.. 5. Iulii 1616.

Ioannes Louuenberg Coloniensis.. 15. Iulii 1620.

Ioannes Iacobus Questell Spirensis.. 1619, 10. oct. pro memoria reliquit unam Piastram.

[174] I. B. Gramayi Presbiter I. U. D. Prothonotarius Apostolicus et Imperialis, Praepositus Arnhemensis, Archidiaconus Traiectensis, Decanus Lutosensis, Sermorum Principum Alberti et Isabellae

Claraе Eugeniae Infantis Hispaniarum Aarchiducum Austriae etc Consiliarius et eorundem nomine Legatus ad Regem Galliae diversosque Germaniae Principes tandem pro eorundem negotiis Romam ad P. M. missus more maiorum huic laudabili societati nomen dedit pridie Non. febr. 1619.

Ioannes Anselmus Hergius Leod. Dioec. postquam Lustro et amplius Romanam Curiam secutus est, repetens patrios lares huic sodalitati etc. die ipso discessus 27. oct. 1619.

Ioannes Octavianus chinschi Baro de Chinitz et tetau. 20. Ap. 1620. dedit.. 7. Iulios.

Ioannes Rudolphus a Seyboltstorff.. dedit unum ducatum. 31. Maii 1620.

1290. Hieronymus Scherich Bibracensis.. cum eleymosina unius scudi 31. Maii 1620.

Waltherus Dideneii Lubequensis.. 31. Iulii 1621.

Hieronymus Scherzich Bibracensis 31 Maii 1620.

Georgius Christophorus ab Elsenhaim Monachien decem Iulios dedit 31. Maii 1620.

[175] Itelius Fridericus comes ab Altozollern 8. Ap. 1618.

Daniel le Mesureur I. U. D. Protonotarius Apostolicus metrop. eccl. B. M. Cameracensis Canonicus et scholasticus.. 24. Ian. 1619. (Antwerpiensis.)

Bertrandus de Couuegnies Clericus Cameracensis praefatae confraternitati inclitae nationis Germanicae nomen suum dedit et commendavit huc 24. Ianuarii 1619.

Ego fredericus Adriani westphalinckx de Enckhuysen in Hollandia.. 19. feb. 1619.

In vreden rijckx wie leven wil bedwinck zijnen mondt en houdt hem stil

Ego Gerardus Friderici de Wit Enchusanus... 5. Ap. 1619.

Ioannes a Sternenberg de Düsseldorpf s. Theol. D. Metrop. Col. Archidiaconus Praepositus Sandtensis, s. Maiest. Caes. et Serm̃i Ducis Neuburgensis Consiliarius.. 1630, 28. Ian.

1300. Hymericus Franciscus Le Comte Bruxellensis Canonicus Insulensis Prothonotarius Apost.. 3. Ian. 1619.

Magister Thomas Wuthalitz Styrus Oberburgen. Romae commorans, ac Primam suam Missam Deo offerens, 1. Aug. 1621.

Sampronius De Reptain Insulensis.. 3. Ian. 1619.

Cornelius Laurentii.. 7. feb. 1619.

Ego Arnoldus Lunden antwerpiensis... 7. Ap. 1619.

Urbanus Raumensadtl Frisingensis, Secretarius Ill-lm̃i Domini Iulii Caesaris Crivelli Legati ad S.D.N.Paulum V.P.M.a Serm̃o.. utriusque Bavariae Duce Maximiliano totaque Liga Christiana scripsit hoc et Bm̃ae V. M. Patronae suae Clementissimae cum Elemosina unius coronati intime se comendavit 31. die Maii 1620.

Philippus Rovenius Daventriensis, Archiepiscopus Philippensis et per Hollandiam et confaederatas Belgii Provincias Vicarius Generalis Apostolicus, Praepositus Aldenzalensis, cum Romae propter negotia Ecclesiarum sibi commissarum ageret, pro sua erga Beatissimam Virginem Mariam devotione et erga Nationem Germanicam affectu, albo Confraternitatis B. Mariae de Anima nomen dedit et m. p. se inscripsit. Romae die 14. Ian. 1623.

Eodem affectu moti Deputati per Clerum Confaederatarum provinciarum Belgii in societatem et adiutorium supra scripti Illmi Archiepiscopi sua nomina manu propria in Album hunc retulerunt die 6. Febr. 1623.

Iacobus Voolius presbyter Ultraiectensis, s. Theol. doctor. Et Ecclesiae Metrop. Ultrajectensis canonicus necnon ibidem B. Mariae Maioris Ecclesiae Pastor animarum.

Nicolaus Momius Ecclesiae cathed. s. Ravonis Harlemensis Decanus et Archipraesbyter.

Henricus Hoynck Dordracenus huic laud. societati s. Mariae de Anima inclytae Nationis Germanicae devotionis piaeque recordationis ergo se inscripsit. Romae 6. Feb. 1623.

1310 Ernestus Adalbertus Liber Baro ab Harrach Smi D. N. Gregorii Papae XV. Cubicularius secretus et Archiepiscopus modo Pragensis lubens hanc sui memoriam hic apposuit m. p. 9. feb. 1623.

David Henerie de leben, Baro ab saleenforst.. 12. dec. 1624.

Guilielmus Moonsius Hollandus Sermorum Principum Ferdinandi Archiep. Colon. necnon Maxim. Bavariae Ducis S. R. I. Electoris Consiliarius eiusdemque Sermi Colon. Negotiorum apud s. Sedem Curam agens Laudatissimae huic Sodalitati S. M. de A. inclytae Nationis Germanicae nomen dedi ipso die festo Purificationis B. V. 1629, sedente Urbano VIII. P. M.

[177] Iacobus de la Torre, q. Philippi Domini de Valckenisse filius, Haga Batavus, Protonotarius Apostolicus, Metrop. Eccl. Ultraject. canonicus et ab Illmo

et Rmo D. Philippo Rovenio Archiep. Philipp. Hollandiae et aliarum confaed. Belgii Provinciarum Vicario Apostolico ac suo Clero ablegatus illisque foeliciter expeditis in Patriam rediens Confraternitati B. M. d. A. lubens me inscripsi 19. Oct. 1639.

Abrahamus de Brienen Presbyter Ultraject. Pastor in langer Aer et pagis vicinis a supradicto Illmo et Rmo D. Vicario Apostolico et suo Clero pro ijsdem negotiis ad S. D. N. et sedem Apostolicam missus illis absolutis m. p. in hunc Album me inscripsi anno et die quo supra.

Iacobus a Schendel Diaconus Ultraiectinus praefatorum RR. DD. itineris socius..

Gerardus Meysz Mosae Traiectinus, Iuris Consultus Maiestatis Catholicae Consiliarius ac praenominati Illmi et Rmi D. Hollandiae et aliarum provinciarum proprio episcopo carentium Vicarii apostolici ac sui cleri ab anno 1623 in Rom. Curia agens et pro proximo futuro anno Hspitalis B. M. de anima immeritus provisor regens designatus, hoc loco nominis mei memoriam scripsi, ex quo comunem patria mea servitutem sub jugo haeretici imperii patiatur, cum plerisque dignissimis confratribus in utraque praesenti pagina (176-177) descriptis. Faxit Deus brevi in plenam religionis catholicae libertatem permutetur: ita voveo et opto iisdem anno et die quibus supra.

[176] Harttmann von der Than St Iohanns ordens Prior ihn Dennemark Comthur zu Uberlingen..... und Colmar den 4. Ian.. ut supra (1615).

Hanns Werner Edler Her auf Rayttnow zue Langenstain, Ritter San-Ioan-Ordens Comenthur zue Ror-

dorff uand Detzingen, verehredt zue cristlicher gedechtnus dem wholwürdigen Gotteshaus San-Maria dell'Anima Hochdeutscher nation kirchen, ayne silber Lampen, welche von mier bezahlt worden per Khronen viertzig und aijn Iulius so die erste Lampen von silber welche presentirt worden Mit dienstlichen Bitt, In deren Gebett, meiner zue gedenkhen Actum Roma den 19. Ianuarii (1615).

Ioannes Adamus Eckher a Käpfing 8. Maj 1615.

1320. Georgius Sigismundus et Theophilus a Salburg Barones in Falckenstain etc. fratres Germani scripserunt Romae Cal. Dec. 1615.

Wolffgangus Rudolphus de Syrgenstein cathedralis eccl. Aynstettensis canonicus scripsit Romae primo sept. 1615.

Ioannes Rudolphus Rainold U. I. Doctor scripsit 16. Ap. 1618.

1615. Fortuna ut luna. Ladislaus von Zedlitz S. Io. Ordens Comenthur zue Striga Freyher auff Polckenhan m. p.

Michael Willius I. U. D. 19. Martii 1616. (unum Hungaricum.)

Alfonsus ex nobilibus de Ruino de Montepico Abbas s. petri de Alexandria Agens apud S. D. N. paulum papam V. pro Sermo Ferdinando Archiduce Austriae dedit Scuta duo auri.

Sbinco Novohradsky Baro di Kolovratt. A. 1618.

Wratislaus Baro de Pernstein etc.

Florianus Theodoricus Zdiarskj de Zdiaru 1616. 9. Maii

[179] Mathias Werdemann von Plurs uff Kindsbühel 29. Iunii 1620 adscripsit.

1330. Cornelius Iacobus enchusanus 19 freb. 1619 dedit Aureum.

Ioannes Fuger-Stiriae 21 Februarius 1619 adscribsit.

Theodorus Guilielmus a Kreuet. 23. Ian. 1619. dedit coronatum.

Ioannes Walser Veldkurchensis 9. Oct. 1619. (dedit coronatum.)

Wilhelm Westphall den letzten November in Roma.

Georgius Otho Liosch de Hiltzerzhausen 2. Ap. 1618.

Georgius Udalricus Lung in Tandern canonicus eccl. cathed. Ratisbonensis et Passoviensis scripsit Romae 2. Ap. 1618.

Ioannes Wilhelmus Coher.. 1618, 2. Ap.

Balthasar Schidenhofer. 1619, 2. Apr.

Theodoricus Klanidienst 1618, 2. Ap.

1340. Balthasarus Troyer Tyrolensis.. 8.Ap.1619.

Gabriel Gerhardt.. 8. Ap. 1619.

Hans Lorentz Kiescher 1620.

Lucas Stupang.. 10. Ap. 1619.

Ioannes Eusebius Finck Pragensis 29. Iunii 1620.

[180] Sis sapiens et patiens dicendo silendo Qui sapit et patitur denique victor erit.

Wenceslaus Dux Teschinensis. mp. 1615.

1615. Don Philippus Franciscus Faxecura Iaponus ac frater Ludovicus Sotelus Hispanus Ambo Regis Vexii Legati ad s. Sedem Apostolicam, interfuerunt Sacro et solennitati Ecclesiae quae dicitur de Anima, ubi dictus Pater Sotelus solemne sacrum fecit. In quorum fidem etc.

Fr. Ludovicus Sotelo (alter lingua Iaponensium)

Giov. Ulrico Flvndtsis di Waltrabs alli 27 Nov. A. 1619.

Io. Sigismundus a Bernhausen 17. Nov. 1619.

1350. Melchior Adolphus Forstmeister a Lebenhaim 17. Nov. 1619.

[181] Sebastianus Füll in Windach, Eresing, Gruenershoven et Camerberg etc. Sermo Comiti Palatino Rheni, Utriusque Bavariae Duci Maximiliano a Consiliis ab eodemque et s. Catholica Germanica Liga in Italiam missus Germanus Germanae de Anima dictae Congregationi et munus et nomen lubentissime dedit eidemque et imprimis communi Patronae se unice commendavit. 5. Iunii 1620.

Ioannes Vincentius S. R. Imperii atque Archi Comes, Penedar. et Castror. Drenae, Spineti ac Restauri dominus, Invictissimi Imperatoris Ferdinandi II. a Cubiculis et Consiliarius, Inclitique Ordinis Equitum Militiae Christianae sub titulo Bmae Virginis Mariae Matris Dei, et Sancti Michaelis Archangeli Eques ac in Statibus Tirolis et Helvetiae Prior ipsiusquemet ordinis ad Summum Pontificem et ceteros Italiae Principes ac Potentatus Orator et per hunc Meridionalem Districtum Collator Eidem Bmae Virgini singularique Patronae se suaque humillime perpetuo commendans venerab. fraternitati de Anima nobilissimae Germanicae Nationis nomen dedit. 15. Maii 1621.

Ioannes Vincentius, Comes Archi m. p.

Ioannes Theodorus ab Heyden. T. O. E. 1621.

Friderich von Heyden. T. O. E. Anno 1621.

Bernardus Langwel Hammeszol 22. Sept. 1621.

Ieremias Im Hoff Not. Pub. 1621.

Henrico vander ast d'anversa. 15. d'ottobre 1621.

Vita nostra peregrinatio est. Iosias Tsoggaert Middelburghensis 8. Nov. 1621.

1630. Bartoldus van Teylingen Amsteldamensis 25. feb. 1622.

Sixtus ab Ebbinga Leowardiensis, Frisius 7. Ap. 1622.

Henricus a Duvenvoirde et Woude Hollandus 7. Ap. 1622.

Albertus a Duvenvoirde etc.

Tres suprascripti dederunt aureum scutum.

[182] 1519. Magis diligi quam honorari.

Ioannes Iacobus de Puteo Ubius Agrippinensis Iuris Consultus, S. Palatii Lateranensis Comes, Auratus militiae Eques Electus a Summo Pont. Paulo V. post quinquennalem peregrinationem in Belgium, Hispanias, Gallias, Italiam Virtutis studio foeliciter peractam ad patrios rediturus lares, quo Deiparae V. M. Patronae suae tutelari commendatior esset, zelum Religionis ac Amorem erga Patriam et inclytam Nationem Theutonicam testaretur, dev. Confrat. de Anima in Urbe se adscripsit. 6. Oct. 1618.

Andre Cockx van Gemert 1622. plus penser que dire.

Guilielmus Fuggerus L. Baro a Kirchberg et Weissenhorn. s. Caes. Maiestatis Cubicularius, Semñi Electoris Maximiliani Ducis Bavariae Consiliarius, Cubicularius, Praefectus in Brauna et legatus nunc temporis ad Smum Papam Gregorium XV. 4. Iulii 1623.

[183]. Anno Iubil. 1625. 30. Ian. Vita nostra peregrinatio. Ne Virginis praetereantur laudes nec in-

grato legantur silentio clarissimi favoris radii, quibus mihi quoque infrascripto durante quinquennali peregrinatione in Angliae Tamesi, Galliae Garumna, Hispaniae Oceano et maris demum mediterranei Latiique littoribus, non sine vitae periculo fluctuanti, ista Maris Stella benigne affulsit, Votivam hanc devotae mentis tabellam etc. Balthasar de Küninghausen.

Ego Ioannes Adamus Welser a Guemptenstain Styrus 1636, 11. Sept.

[184] Serenissimus Leopoldus Archidux Austriae et Episcopus Argentinensis et Passaviensis etc. dum Roma discederet 30. decemb. 1625.

1370. Nec festinat ante tempus nec cessat in tempore. Volcardus Gruneweghen Sacrista huius Ecclesiae canonicus s. Gertrudis in Cathedrali Augustan. et eiusdem Ecclesiae Vicarius itemque Cathedralis Argentinensis et Collegiatae Confluent. s. Castoris Vicarius decessit die 3. Ap. 1628.

Carolus Eusebius D. G. sacri Rom. Imperii Princeps de Liechtenstein Et Nicolsburg Dux Oppaviae et Iaggrendorf in Silesia scripsit Romae 1636 3. Sept.

[281] 1605, 7. Dec. Frants V. R. R. Margraff zu Castilion und Medola des hl. R. R Fürst und der Remischen kay. Mt Rudolphi des andern Rath. Cammerher und bei der Bapt. Hailikh. Orator.

Bibiana Gonsagin des h. Röm. raichs Fhirstin Morgrafin zue Castilion und Meduli geborni Fraiu von Perrensthan.

Vratislao Conte di fyrstenbergh Landgrave de Baase etc.

Federico Rudolfo Conte di firstemberg 1620. 29. Iunii Roma.

Mauritius Baro in Büren, Ringelstein RoMae Ipso IVbILeI seDente Vrbano Pontif. FInIto LVstro peregrInatIonIs 30. Ian.

1577. Ferdinandus Ernestus s. Rom. Imperii Comes de Wallenstein 1642 die 25 Ian.

[185] Nomina bone memorie R. P. dominorum: sedis apostolice prothonotariorum episcoporum et sacri palatii apostolici causarum auditorum et aliorum prelatorum inferiorum necnon rectorum ecclesiarum parochialium, canonicorum et beneficiatorum ac clericorum et personarum ecclesiasticarum fratrum et benefactorum defunctorum dict. Hospitalis beate Marie de Anima Theutonicorum de regione Parionis de urbe.

Dominus Theodericus de Nyem canonicus ecclesie s. Servatii Traiectensis, Leodiensis dioc., literarum apostolicarum eximius abbreviator. Qui fuit unus de primis fundatoribus dicti hospitalis. Et donavit ac legavit eidem hospitali septem domos et unam vineam et multa alia bona et obiit in dicto Opido Traiectensi 1418 die Et feria Quarta post festum Pasche fiat anniversarium ipsius in dicto hospitali singulis annis.

Dominus Hermañus Dwerg, Decretorum doctor,

sedis apostolice Prothonotarius Qui unam vineam et multa alia bona donavit et legavit dicto hospitali Et obiit Rome Anno domini 1430 die 14 mensis decembris. Et sepultus est in ecclesia beate Marie maioris de Urbe Et fiat anniversarium ipsius dicto die.

Dominus Cristianus Cobant, Episcopus Osiliensis, confessor fe. rec. domini Martini pape V Qui multa bona donavit et legavit dicto hospitali Et obiit Rome anno dom. 1432 die 21 mensis Iulii Et sepultus est in eodem hospitali. Et fiat dicta die Anniversarium ipsius.

Magister Iohannes de Pempelvorde, litterarum apostolicarum scriptor et abbreviator ac provisor dicti hospitalis, Qui donavit eidem hospitali unam domum et multa alia bona fecit Et obiit Rome die 10 mensis Augusti 1421 Et est sepultus in dicto hospitali Et fiat dicta die Anniversarium ipsius.

Dominus Gotfridus de Horne sedis apostolice Prothonotarius sanctorum Apostolorum Coloniensis et Kerpen colon. dioc. ecclesiarum prepositus.

Dominus Theodericus Reseler Episcopus Tarbatensis.

Dominus Cuntzo de Zwola, Episcopus Olomucensis et primo sacri palacii apostolici causarum auditor.

Dominus Nicolaus Vordis, sacri palacii apost. causarum auditor.

Dominus Hartungus Molitoris de Cappel, decretorum doctor, Thesaurarius eccl. Hildesemensis et sacri palacii ap. causarum auditor.

D. Andreas de Calven Cubicularius pape.

D. Andreas Patkule, prepositus ecclesie Rigensis

et Cubicularius pape sepultus in ecclesia s. Marie de populo (ante sacristiam).

D. Caspar Wandafen, ordinis beate Marie Theotonicorum, procurator dicti ordinis in Roma. Qui fecit fieri picturam in choro supra maius altare dicti hospitalis.

D. Hermannus Wedelerse Canonicus ecclesie Coloniensis ac procurator causarum in Roma.

D. Iohannes de Lovanio de Ruremundis, utriusque Iuris doctor, Canonicus Coloniensis et prepositus s. Victoris Xanctensis Coloniens. dioc. ecclesiarum, olim procurator causarum in Roma. Qui multa bona donavit et fecit dicto hospitali Et obiit Colonie die 23 mensis decembris anno domini 1438 Et sepultus est Ruremundis leodiens dioc. apud Carthusienses.

[186] D. Iohannes Hellinck, in Roma causarum procurator, decanus ecclesie Osnaburgensis.

Thomas de Lantzeberg, procurator causarum in Romana curia, Canonicus ecclesie beate Marie Aquensis Leodiens. dioc. Qui dicto hospitali certas pecunias in testamento suo legavit, cum quibus fuit emptum unum Missale Et obiit Rome die 23 mensis Iulii Anno domini 1430 Et est sepultus in ecclesia beate Marie de populo.

Magister Iohannes Tinctoris, in Rom curia causarum procurator, et canonicus ecclesie s. Pauli Leodiensis. Qui legavit dicto hospitali octo ducatos Et obiit Rome die 22 mensis Angusti anno D. 1430.

Martinus Aureppe de Lippia, litterarum apostolicarum Abbreviator.

Iohannes Hertze, clericus Lubicensis, sacri palacii Apostolici causarum Notarius dedit lectum bene fornitum.

Iohannes Padevoort alias Grassi de Embrica, sacri palacii Apostolici causarum Notarius.

Luderus Rottorp, in Rom. curia causarum procurator.

Michael Henrici de zelandia, Cursor pape et Canonicus ecclesie s. Petri Traiectens. Qui dedit et legavit dicto hospitali medietatem unius domus site prope puteum album in parochia ecclesie sancte Marie in Vallicella de urbe Et obiit in dicta urbe die 26 mensis Iulii Anni d. 1432 Et est sepultus in eodem hospitali.

Domina Lucia, filia quondam Cole (Nicolai) Angelucy de Ebulo, famula dicti Michaelis de Zelandia donavit dicto hospitali alteram medietatem predicte domus super qua 22 florenos auri de Camera habuit a provisoribus eiusdem hospitalis Et est sepulta in predicto hospitali.

Godfridus Stoter, litterarum apostolicarum scriptor et abbreviator.

Hermannus de Ratingen, scriptor in Registro supplicationum.

Henricus Proys, clericus Traiectensis,

Henricus Sculteti, decanus ecclesie Ratisponensis.

Iohannes Engelhardi, in Romana curia causarum procurator.

Arnoldus Solharst, in Rom. curia causarum procurator.

Iohannes Wolzeken, sacri palacy apostolici causarum Notarius.

Franciscus de Stendalia, procurator Audiencie litterarum contradictarum, sepultus in dicto hospitali.

Theodericus de Hokeren, prepositus ecclesie sancti Plechelini Aldonzalensis Traiectens. dioc. sepultus in dicto hospitali.

Wilhelmus Neue prepositus ecclesie s. Werenfridi Elsten. Traiect. dioc. ac sacri palatii apostolici causarum Notarius sepultus in ecclesia sancti Triphonis de urbe.

Iohannes Morhay Rector parochialis ecclesie de Ippolpenne Oxomensis dioc.

..... De Goch, decanus ecclesie Merseburgensis.

Nicolaus Mandach, Rector parochialis ecclesie in Wastunp Lundensis dioc.

Georgius de Pala, litt. apostolicarum Scriptor.

Theodericus Bogel de Wesalia, litterarum apostolicarum Scriptor, prepositus ecclesie Wormaciensis.

Iohannes Stalberg, litterarum apost. Scriptor, prepositus ecclesie s. Severi Erfordensis Maguntine dioc.

Iohannes Illsung litt. apost. Scriptor.

Dominus Petrus, ordinis beate Marie Theotonicorum, procurator eiusdem ordinis in Rom. curia.

Petrus de Gnalfredinis, Secretarius Cardinalis.

Theobaldus Iohannes Wymphina.

Petrus Epfichi prepositus ecclesie ss. Petri et Michaelis Argentinensis.

Conradus de Halle.

Iohannes de Puteo, clericus Monasteriensis dioc.

Henricus Hobinch, in Rom. curia causarum procurator.

[187] Iohannes Creyt, litter. Apost. Scriptor.

Petrus Rack, in Rom. curia causarum procurator.

Iohannes de Wachtendunck, prepositus ecclesie

sancti Cuniberti Coloniensis ac in Rom. Curia causarum procurator.

Nicolaus Hamborch, decanus ecclesie beate Marie Hamborgensis Bremens. dioc. et in Rom. curia causarum procurator.

Tilmannus Konynch, litt. sacre penitenciarie Scriptor et in Rom. curia causarum procurator. Qui obiit Rome die 5 mensis Augusti Anni dom. 1429 Et est sepultus in ecclesia sancti Clementis de urbe.

Henricus Kemenade. Wilhelmus de Bercka. Hermañus Robyn. Lucas Roles. Iohannes Sidenneger. Mathias Stzolstitz. Iohannes Rychershem. Iohannes Rodenheym. } In Romana Curia causarum procuratores.

Gerardus Stalbiter, litter. sacre penitenciarie Scriptor.

Iohannes Vlsen, litterarum sacre penitenciarie procurator.

Martinus Bosler, litter. apostolicarum abbreviator.

Nicolaus Vordis. Iunior, sacri palacii apost. causarum Notarius.

Balduinus de dyck litterarum apostolicarum abbreviator, Custos et Canonicus eccl. Leodiensis.

Petrus Vannyn de Oesterwyck. Iohannes Bredbach. Arnoldus de Keppell. Henricus Budel de Daventria. Henricus Lupi. Petrus Znalbe.

Nicolaus Cuper litter. apostolic. scriptor et abbreviator ac Canonicus ecclesie sancti Servatii Traiect. Leod. dioc.

Andreas Schonaw, litter. apostolicarum scriptor et Canonicus ecclesie Warmiensis. Qui legavit in testamento suo dicto hospitali 30 ducatos Et hospi-

tali s. Andree unito predicto hospitali 6 ducatos Et obiit Rome Anno dom. 1444. die 26. mensis Iulii Qua die fiat singulis annis anniversarium suum in dicto hospitali Et est sepultus in ecclesia beate Marie de populo.

Egidius Dropper de Granis, clericus Leodiensis dioc. et copista, qui legavit hospitali predicto 16 ducatos. Et obiit Rome Anno dom. 1444 die 23 mensis Iunii Et est sepultus in dicto hospitali Et fiat Anniversarium ipsius singulis annis dicta die.

Gotfridus de Stralen, licenciatus in decretis et rector parochialis ecclesie in Vullenhoe Traiectens. dioc., sepultus in hospitali. A cuius executoribus testamenti hospitale habuit 9 florenos Renenses cum medio. Obiit Romae dicto anno Dni 1444 die ..... mensis .....

Bruno Bock clericus Mindens. dioc. sepultus est in dicto hospitali.

Iohannes de Tefelen, litter. apostolicarum Scriptor et Abbreviator de parco maiori, legavit dicto hospitali in testamento suo 25 ducatos et 6 alios pro pauperibus ipsius hospitalis. Et magister Arnoldus Haeck, earundem litterarum Scriptor et Abbreviator, unus Executor. testamenti dicti quondam magistri Iohannis, dedit pro anima ipsius Iohannis pannum subtilem pro una alba et certum argentum valoris 5 ducatorum. Et donavit ipsi hospitali 66 ducatos, in quibus quidam Saulo Frederici, civis Roman. de regione Parionis, eidem quondam magistro Iohanni ex causa amicabilis mutui obligatur, transferendo actionem debiti huiusmodi 66 ducatorum in dictum hospitale ac magistros, provisores et fratres

eiusdem hospitalis. Et obiit ipse quondam magister Iohannes Rome dicto anno 1445 Die ultima mensis Augusti et est sepultus in ecclesia beate Marie in Araceli. Et fiat anniversarium ipsius singulis annis dicta die in prefato hospitali.

[188] Iohannes Zaffaen, Secretarius bo. me. dom. Cardinalis de Albertis.

Iacobus Petri, canonicus Traiectens. ac litterarum Apost. de maiori parco abbreviator et provisor dicti hospitalis obiit Rome dicto anno dom. 1445 die 27 Sept. Et est sepultus in dicto hospitali Cuius Executores testamenti certa bona et clenodia dederunt dicto hospitali Et fiat anniversarium ipsius dicta die annis singulis in ipso hospitali.

Dom. Petrus de Mera, decretorum doctor, prepositus ecclesie s. Martini Embricensis Traiectens. dioc. Cuius Executores testamenti dederunt sericum valore 6 ducatorum.

Arnoldus Zubake, presbyter Bremen., legavit dicto hospitali sex florenos Renenses.

Tilmannus Segherdes, canonicus ecclesie s. Lebuini Daventriensis Traiectensis dioc. sepultus in dicto hospitali. Obiit Rome dicto anno et die 20 mensis Octobris Et legavit ipsi hospitali 17 florenos Renenses Et fiat Anniversarium ipsius in hospitali predicto singulis annis die supradicta.

Iohannes de Weert, decretorum doctor, Canonicus ecclesie s. Salvatoris Traiectens. obiit Traiecti.

Iohannes Roveri, notarius palacii Apost. causarum obiit Rome.

Sifridus Iudicis de Braclis, sacri palacii apost. causarum notarius, obiit Rome anno dom. 1447 die

prima mensis Iulii et est sepultus in dicto hospitali Qui legavit ipsi hospitali 13 ducatos Et fiat singulis annis Anniversarium ipsius dicta die in hospitali predicto.

Iohannes Sauegon, sacri palacii causarum Notarius.

Conradus Saltkotten, archidiaconus et Canonicus ecclesie Hildesemensis, obiit Rome et est sepultus in dicto hospitali.

Ludolfus Frentzken de Wesalia inferiori obiit Rome et est sepultus in dicto hospitali.

Iohannes Baliar, canonicus Conserviensis ac cur. causarum Camere apostolice, notarius obiit Rome et est sepultus in ecclesia beate Marie in Araceli. Qui legavit in testamento suo dicto hospitali tres ducatos.

Nicolaus Gestendorp, Canonicus ecclesie beate Marie Hamburgensis Bremensis dioc. ac litterarum apost. abbreviator obiit Rome die 4. mensis Sept. anni dom. 1447. Et est sepultus in dicto hospitali. Qui eidem hospitali certa utensilia ac unum superpellicium optimum et alia in suo testamento legavit. Et esecutores dicti testamenti sui eidem hospitali pro anima ipsius donarunt 60 flor. auri de Camera, ut singulis annis anniversarium ipsius fiat dicta die cum missa cantata et vigiliis in predicto hospitali. Qui quidem 60 floreni ad utilitatem et bonum usum ipsius hospitalis conversi et expositi fuerunt videlicet pro domo magna magistri Petri de Casariis, literarum apost. abbreviatoris sita prope predictum hospitale, quae fuit empta pro 500 ducatis Et ideo fiat anniversarium ut supra continetur.

Conradus Abbenborch, decretorum doctor, archidiaconus Luneburgensis in eccl. verdensi, obiit Rome dicto anno 1447 die 27 mensis Novembris et est sepultus in eccl. beate Marie de populo. Qui legavit dicto hospitali in testamento suo certa utensilia et unam tunicam cum capucio, quae tunica cum capucio vendita fuit pro XI ducatis. Et fiat Anniversarium ipsius singulis annis in predicto hospitali die supradicto.

Iacobus de Aerahem, canonicus eccl. Traiectensis et in Rom. curia causarum procurator, obiit Rome die 24 decembris anni predicti 1447 et est sepultus in dicto hospitali et legavit eidem in suo testamento 25 ducatos et unam tunicam pro antipendio maioris altaris ipsius hospitalis emendo valore 14 ducatorum Et fiat anniversarium ipsius dicta die singulis annis in hospitali predicto.

Adam Savellant, notarius et secretarius Rm̃i patris domini Iohannis Cardinalis Tarantini.

Martinus de Egmonda, procurator litterarum sacre penitenciarie.

Marquardus Stylen, canonicus ecclesie Lubicensis in Rom. cur. causarum procurator.

Henricus Hesse, cantor et canonicus ecclesie s. Petri extra muros Maguntin.

Petrus de Arssem, prepositus eccl. sanctae Walburgis Arnhemensis Traiectensis dioc.

Iohannes Emesbus, notarius coram Com̃issariis, canonicus ecclesie s. Martini Monasteriensis.

Iohannes de Fateren, decanus eccl. Tarbatensis et sacri palatii aplici causarum notarius.

Michael Iohannis de Wedendyck, canonicus ec-

clesie beate Marie Traiectensis et sacri pal. ap. causarum notarius.

Henricus Vorrade de Hamborch.

Henricus Koyts, canonicus eccl. sancti Petri in Turnout Camerar. dioc. in dicto hospitali sepultus. Qui obijt a. d. 1445 die ultima Augusti. Et legavit eidem hospitali in suo testamento fructus unius anni sibi de duabus vicariis seu capellaniis, quas, dum vixit, obtinuit, debitos, Hospitali nondum aliquid recepit de eisdem fructibus.

Iohannes de Vlederacken de Buscoducio Qui legavit dicto hospitali in suo testamento 25 ducatos Et obiit Rome a. d. 1445 die 25. m. Septembris Qua die fiat anniversarium ipsius singulis annis in dicto hospitali.

Magister Eckardus de Ameniburg, canonicus eccl. s. Bartholomei in Ameniburg Magunt. dioc. ac s. palacii ap. caus. notarius. Qui obiit Rome die 14. mensis Augusti anno dni 1448. Et legavit ac reliquit in testamento suo dicto hospitali 24 florenos Renenses. Et executores dicti testamenti sui fecerunt fieri pro anima ipsius unam fenestram vitream in dicto hospitali. Et fiat singulis annis Annivers. ipsius in predicto hospitali die 14 dicti mensis Augusti.

Adrianus Heys de Breda, clericus et substitutus magistri Mathei Ditmarj in Rom. curia causarum procuratoris.

Iohannes Herynck, canonicus ecclesie s. crucis Leodiensis. Qui obiit die 29 Sept. a. d. 1448 et [190] sepultus est in hospitali, cuius executores testamenti dederunt dicto hospitali unam tassiam argenteam et unum cuclear argenteum et certas pecias argenti.

Henricus Sorbeke canon. ecclesiae veteris ecclesiae *(sic)* sancti Pauli Monaster. ac scriptor in Registro litt. apostolicarum.

Conradus Karrenbergh de Meschede, clericus Colonon. dioc. Qui obiit die 5. mensis Novembris anni d. 1448. Et habuit hospitale ab eo seu de pecuniis suis 36 flor. auri de camera, 2 flor. Renens. et 9 bol. Et fiat annivers. ipsius singulis annis dicta die 5. Nov. in prefato hospitali.

Hermannus Paderborne de Susato, litter. apostolicarum abbreviator et canonicus ecclesie s. Iohannis Traiect. Qui obiit die dominica 16. mensis februarii 1449. Et sepultus est apud sanctum Petrum in Capella s. Petronille ante altare s. Servatii. Et legavit hospitali 4 ducatos et certa alia ac multa bona fecit in dicto hospitali. Et ideo fiat annivers. ipsius singulis annis dicta die 16 februarii in eodem hospitali.

Bartholomeus Vitinck canonicus eccl, Revaliensis, qui obiit die 24 mensis decembris a. d. 1448, et est sepultus in cemeterio huius hospitalis, Legavit ipsi hospitali in testamento suo 40 florenos Renenses, pro quibus dictum hospitale recepit 30 flor. auri de camera. Et fiat singulis annis anniversarium ipsius pro sua et parentum suorum animabus cum vigiliis defunctorum et missa cantata dicta die 24. decembr. in eodem hospitali.

Iohannes de Brilen, canonicus eccl. s. Patrocli Susatien. Colon. dioc.

Rotgerus Rotgerdinck decanus ecclesie s. Mauricii extra muros Hildesemens.

Dominus Antbonius de Adria, litter. apostolica-

rum registrator. Qui obiit Rome die 13 mensis februarii anno dni 1449. Et sepultus in ecclesia s. Blasii de Fossa de urbe. Cuius Executores testamenti dederunt hospitali unam pulchram mappam de auro contextam valoris 8 ducatorum. Et fiat anniversarium ipsius singulis annis dicta die in ipso hospitali.

Magister Matheus Ditmar, decanus eccl. Bardvicensis Verdens. dioc, in Rom. curia causarum et dicti hospitalis procurator et benefactor, obiit die 4. mensis Maii anno dni 1449 praedicti et est sepultus in ipso hospitali. Fiat anniversarium ipsius in dicto hospitali singulis annis die supradicta.

Dom. Andreas Mszilai de Mroga, Rector eccl. parochialis oppidi in Brzesziny Gneznens. dioc. Qui obiit Rome die 22. mensis Maii anni dni 1449 et est sepultus in ecclesia s. Stephani in Piscinola de urbe. Legavit hospitali in suo testamento 12 ducatos. Et fiat anniversarium ipsius singulis annis in dicto hospitali die supradicta (et dicti ducati dati sunt per M. petrum Hunt).

Magister Emundus Pollart, litterarum ap. scriptor et abbreviator ac canonicus eccl. sanctorum Apostolorum Coloniensis. Qui obiit Rome die 24 mensis Maii anni dni 1449 supradicti. Et est sepultus in dicto hospitali. Legavit ipsi hospitali in suo testamento centum florenos auri de camera. Et fiat anniversarium ipsius singulis annis in dicto hospitali die supradicta.

[191] Albertus Rost, clericus Monaster. dioc. Copista. Qui obiit Rome die 31 et ultima mensis Maii anni dni 1449 predicti et est sepultus in hospitali. Legavit dicto hospitali in suo testamento 10 duca-

tos. Et fiat anniversarium ipsius singulis annis in prefato hospitali die supradicta.

Petrus Bregentzer, procurator causarum in Romana curia qui obiit Interampnis die mensis Iunii.

Henricus Sanckmeister de Hassia, clericus Moguntin. dioc. Qui obiit rome die 18 mensis Iunii anni 1449 predicti et est sepultus in hospitali. Et legavit ipsi hospitali in suo testamento 20 ducatos et fiat anniversarium pro anima sua singulis annis dicta die in hospitali predicto.

Dom. Iodocus de Lovania, decanus eccles. Theensis Leodiens. dioc., sanctissimi dom. nostri Nicolai pape V cubicularius ac litterarum apostolicarum scriptor et abbreviator. Qui obiit Spoleti die 25 Iunii Et est sepultus in ecclesia Spoletan. dicto domino nostro papa ibidem residente. Et legavit dicto hospitali in suo testamento 30 ducatos. Et fiat anniversarium ipsius singulis annis dicta die in hospitali predicto.

Magister Nicolaus Volraet litterarum apost. de parco maiori abbreviator et decanus ecclesie s. Iohannis extra muros Herbipolensis. Qui obiit in civitate fulginatensi anno proxime dicto et ibidem sepultus est.

Magister Iohannes Tuyss de monte canonicus eccl. beate Marie Neyssen. Coloniensis dioc. et litter. apost. abbreviator et illarum de minori instantia corrector. Qui obiit Interampnis die ultima m. Iunii anni proxime dicti Et est sepultus in ambitu ecclesie s. Petri Conventus fratrum s. Augustini heremitarum.

Gerardus Konynck de Hiven litterar. apost. abbreviator.

Henricus van Flanden de Traiecto, in Registro litter. apost. scriptor. Qui obiit Interampnis die prima mensis Iulii anni proxime dicti Et est sepultus in ecclesia s. Petri predicta. Et legavit in suo testamento dicto hospitali unam suam tunicam blanci coloris valoris.... ducatorum Et fiat Anniversarium ipsius singulis annis die predicta in hospitali.

Hilbrandus Gerardi de Traiecto, Capellanus hospitalis. Qui obiit die prima mensis Iulii Et est sepultus in hospitali predicto.

Maternus de Frankfordia, in Rom. curia causarum procurator. Qui obiit Rome die 20 m. Iunii anni proxime predicti Et est sepultus in ecclesia s. Gregorii et legavit in suo testamento dicto hospitali certos libros et unam vestem valoris 20 ducatorum Et fiat anniversarium ipsius singulis annis dicta die in hospitali supradicto.

Volquinus Vandenbever, canonicus eccl. s. Severini Colon.

Matthias Huberti, canonicus eccl. Thoren. Leodiens. dioc. ac in Romana curia causarum procurator. Qui obiit Interampnis die 19 mensis Iulii et est sepultus in eccl. s. Petri ibidem. Et legavit hospitali predicto in suo testamento medietatem valoris vestium et librorum suorum in urbe tunc existentium, quae medietas ascendit ad... ducatos. Et fiat anniversarium ipsius singulis annis dicta die in hospitali predicto.

Iacobus Goyer, decanus eccl. beate Marie Traiectens. ac litter. apostol. de parco majori eximius abbreviator ac vicecorrector earundem litterarum. Qui obiit Interampnis die 22. m. Iulii anni proxime pre-

dicti et est sepultus in dicta ecclesia s. petri ibidem. Et fiat Anniversarium ipsius singulis annis dicta die in hospitali predicto quia multa bona eidem hospitali in vita sua fecit.

[192] Wilhelmus Zegendorp de Buscoducio, in Rom. curia causarum procurator. Qui obiit Interampnis die mensis Iulii anni proxime predicti.

Hermannus de Ruremundis rector parochialis ecclesie in Overcassel Coloniensis dioc. Qui obiit die 23 m. Iulii et est sepultus in hospitali. Qui legavit in suo testamento sex ducatos et fiat anniversarium ipsius dicta die singulis annis in hospitali predicto.

Conradus Nyenhof de Coesfeldia Monaster. dioc., sacri palacii apostolici litterarum notarius. Qui obiit Rome die prima m. Augusti anni proxime predicti et est sepultus apud s. Gregorium.

Dominus Anselmus Fabri de Breda, decretorum doctor, sedis apostolice prothonotarius et litterarum apostolicarum corrector ac earundem eximius abbreviator, nec non archidiaconus Hannonie in ecclesia Leodiensi et fel. rec. Rev. Dom. Eugenii pape IV ac sanctissimi domini nostri Nicolai pape quinti Referendarius, necnon protector dicti hospitalis. Qui obiit Florencie die 3. m. Augusti anni dom. 1449 supradicti. Et corpus suum portatum et deductum fuit ad opidum Antwerpiense Cameracensis dioc. et ibidem in ecclesia collegiata beate marie, cuius per plures annos decanus fuit, inhumatum fuit et traditum ecclesiastice sepulture. Quique in vita sua multa dedit et donavit eciam in magnis summis pecuniarum et ornamentorum ipsi hospitali, et in eo fieri et reparari fecit. Et in testamento suo

eidem hospitali quondam domum suam et emptam per eum sitam prope ipsum hospitale et certa utensilia domus legavit Et fiat anniversarium singulis annis pro anima sua dicta die in hospitali supradicto (Domus prima. Et est domus ad latus hospitalis sita).

Iohannes Slore, canonicus beate marie Hamburgensis Brem. dioc., qui obiit Rome sepultus fuit in hospitali nostro 5. die m. Octobris anno 1455 et legavit hospitali predicto 20 florenos renenses et unam tunicam foderatam venditam decem ducatis (hic fuit scriptor litterarum sacre pniarie et optimus curialis: de Taberna).

Reynerus de Asbrock, clericus Leodiens. dioc., Notarius palacii apost. Qui obiit Rome die martis 14 mensis Iulii anni dni 1456 et legavit hospitali Alamanorum decem ducatos aureos semel solvendos et lectum suum cum pertinenciis suis.

Henricus Rascrop, lit. apost. scriptor et abbreviator in civitate Traiectensi mortuus ac sepultus. Hic in principio fundacionis huius hospitalis eidem magna fecit subsidia, quia fuit famosissimus homo.

Iohannes Nieborch, canonicus Lubicensis mortuus prope Bononiam, 1457 Iulii, procurator cau.

Walterus Pauli, licenciatus in legibus, mortuus Rome anno dni 1456, 28. Iulii sepultus in nostro choro, hic incepit facere domum novam prope hospitale iuxta pacta prout in instrumento per Iohannem Lindeman provisorem desuper confecto, et exposuit in eadem ultra 400 ducatos, prout in ipsius testamento per eundem Iohannem provisorem, ad

hoc requisitum, subscripto, et plura alia bona hospitali fecit et fiet anniversarium eius juxta dicti testamenti tenorem cum solemnitate.

Henricus Bok, Romane curie causarum procurator, mortuus Rome a. d. 1457 sepultus in ecclesia hospitalis die 22 m. Iulii legavit hospitali valorem quatuor ducatorum.

[193] Laurencius Sanderi de Zerbest, presbyter Brandeburgensis dioc., mortuus Rome et in Hospitali s. Iohannis sepultus anno d. 1457 die 15 Augusti. Idem legavit hospitali nostro 54 florenos Renenses et quatuor ducatos ac valorem unius flor. Ren. in moneta et fiet eius anniversarium singulis annis cum pluribus missis.

Thomas Rode, decretorum doctor, canonicus et scolasticus Lubicenses, quondam procurator causarum famosissimus, fautor et promotor magnus hospitalis. Magdeburch sepultus 1453.

Iohannes Vosseken, in Romana curia causarum procurator.

Wilhelmus Heinsberch procurator ut supra.

Iohannes Rossenbom, Notarius palacii donavit 35 ducatos.

Ernestus Aurifabri, thesaurarius et canonicus ecclesie Hildesemensis obiit Anno d. 1456 30. Iulii sepultus in Hospitali ad caput M. Ditmari.

Elardus Post, prepositus Ramesloensis Bremens. dioc., legavit unum equum valore 8. ducatorum. Obiit anno ut supra die.... mensis... sepultus in hospitali ad pedes M. Ditmari.

Iacobus de Loert, Rom. Curie causarum procurator obiit 16. Augusti 1456 sepultus ante Capellam

Cobant. Hic legavit unam materaciam cum pertinentiis et plures tabulas.

Gerardus de Elten, lit. apost. abbreviator, magnus fautor hospitalis.

Petrus Quentini de Ortenbergh lit. apost. Scriptor *(obiit Wyenne in hospitali)*.

Stephanus de Caciis de Novaria, utriusque juris doctor et archidiaconus ecclesie Taurinensis, sepultus in ecclesia hospitalis ante venerabile sacramentum. Hic obiit anno dni 1457 die 19 Octobris. Hic in eius infirmitate dedit mihi Iohanni Lindeman, provisori hospitalis, et eo nomine donacione inter vivos quinquaginta ducatos. Item idem eciam Stephanus legavit hospitali ducentos ducatos, de quibus habui centum et quinquaginta et alii 50 ducati sunt in deposito propter curatum.

Gerardus de Elten, de maiori parco

Iohannes Gerpstede, prepositus ecclesie beate Marie Erffordensis Maguntine dioc.

Henricus Sonne Ken, lit. apost. Abbreviator.

Iohannes Shele, decrectorum doctor, canonicus eccl. Lubicensis.

Iohannes Rodichen de Maguncia.

Petrus de Casaciis de maiori Parco, canonicus eccles. Mediolanensis, qui vendidit hospitali domum etc prout in primo folio hujus libri lacius dicitur.

Iohannes de Emael, abbreviator de minori Parco sepultus ante Capellam pistorum.

Henricus Engelhardi, canonicus Misnensis.

Reynerus de Drysch.

Germanus Phibbe.

Richardus Windeck vicarius in ecclesia Argentinensi.

Nicolaus Gravius prepositus ecclesie Wratislaviensis, sepultus in hospitali in Iubileo prout in lapide, hic legavit 20 ducatos.

Arnoldus Brugman, capellanus hospitalis legavit 3 ducatos largos et 5 flor. Renens. et ante altare scti Nicolai est sepultus.

Ioh. Holste, notarius palacii, in introitu sepultus, ut in lapide lacius dicitur; hic legavit 12 flor. Renens. et 3 ducatos.

Andreas Hane de Lub. legavit 3 ducatos

[194] Theodericus de Wesalia, famosus procurator, legavit 10 ducatos et praeterea alia.

Thadeus, magister in medicinis, canonicus Ternisin. (?) in navi hospitalis sepultus hic legavit 30 ducatos, unam casulam, unum lectum de plumis cum singulis pertinenciis optime fulcitum.

Item Otto de Bellinghoven, Notarius palacii, legavit 4 ducatos et sepultus in hospitali Anno d. 1456... Iulii.

Iohannes de Nyeborowo, cancellarius ecclesie Plocensis, obiit Rome 1458 die Mercurii 12. Iulii sepultus in hospitali Theotonicorum (A de Heyda)

Iohannes Lindeman, Sleswicensis et Bunensis. Coloniens dioc. ecclesiarum canonicus obiit Rome 1458 die Iovis 15 Martii, in hospitalis beate Marie Theotonicorum introitu tumulatus (A de Heyda)

Ludolphus Langebeke de Buxttehude, artium liberalium magister ac in Rom. curia causarum procurator, obiit Rome anno d. 1459 die 14. m. decembris et legavit ad hospitale Alamanorum sex ducatos etc.

Oswaldus Embergher, presbyter Pataviensis dioc. obiit Rome die 11. mensis Apr. anno dni 1462 sepultus in campo sancto, legavit hospitali septem materacias cum omnibus suis attinenciis plene fulcitas et unum missale integrum, licet haberet manuale ab alia parte divisum *(et sunt omnia data).*

Iohannes Anholt, procurator causarum sepultus in hospitali mortuus 1462 mense septembris.

Nicolaus Bernardi, canonicus s. Martini in Hilgenstad, Magunt. dioc., Secretarius R. p. dom. Archiepiscopi Maguntini, mortuus et sepultus in Rimselgan (?) in fine Iulii 1463 Hospitale habuit ab (eo) 4 ducatos et fecit exequius solempnes,

Item in sancto Laurencio in Panisperna ante fornacem est lapis sepulture quondam Nicolai primi fundatoris et dotatoris hospitalis s. Andree de urbe.

Leonardus Merck, litterarum apost. Abbreviator, sepultus in hospitali in choro 1463 de mense Septembris legavit hospitali 16 florenos Renens. et argentum pro calice, quos 16 flor. magister Udalricus Entzenperger et Bertoldus Cantrifusor executores solverunt. - Argentum vero dixerunt esse in partibus.

Iohannes Barthomei, clericus Maguntin. diocesis. sepultus in hospitali 1464 tercia m. Ianuarii. Legavit hospitali 3 flor. Renens. et duas tunicas valoris unius ducati.

Nicolaus... de Hollandia, sutor defunctus; legavit hospitali unum ducatum; exequie fuerunt facte 24. Aprilis 1464.

Venerabilis dom. Georgius Heseler decretorum doctor canonicus et cancellarius Colon. et Iohann Spey canon. scti Andree Coloniensis, Ambasciatores

